CONSTITVTIONES ET PRIVILEGIA PATRIARCHATVS ET CLERI VENETIARVM.

Illustrissimi ac Reuerendissimi D. D. Ioannis Triuisani iuris vtriusque Doct. Patriarchæ Venet. Dalmatiæque Primatis &c.

IVSSV EDITA.

VENETIIS,
Ex Bibliotheca Aldina. M. D. LXXXVII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

IO. TRIVISANI

PATRIARCHAE VENETIARVM,

DALMATIAEQVE PRIMATIS, ETC.

IN SVAS, ET ANTIQVIORES CONSTITVTIONES AB CLERVM PRAEFATIO.

EA est legum vis, auctoritas & necessitas; vt, cum id, quod æquum est docean: mores instituant, & componant; atque ad Deum mentem, animumq; attollant: omnino homines ad benè, beatèque viuendum alliciunt, impellunt, atque deducunt. Est enim benè viuere; ijs moribus institutam vitam traducere, quos virtutes parunt, & fouent; quos moralem virum, & Christianum Deoq; maximè dicatum, habere decet; quosq; ecclesiastica præsertim Sanctiones complectuntur, ostendunt, atque præcipiunt. Beatè autem viuere; quale, dum hac mort ali fruimur aura, consequi valemus; se ipsum est agnoscere; Deum, atque diuina perscrutari, contemplatione

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

155
477

tione assequi, & intelligere. Huiusce autem contemplationis, atque intelligentiæ semina humanis legibus habentur: diuinis autem, atque ecclesiasticis res tota, & undique perfectè elucet. Non immeritò itaque memoriæ proditum legimus, litteris, monimentisque consignatum; leges ipsas diuinarum, atque humanarum rerum cognitionem complectis, & quæ ex virtutum habitibus peragenda sunt, veluti digito prænonstrare; atque apposita præcepti pœna efficere. Qui igitur legibus, & præsertim ecclesiasticis viuunt, homines atque Christiani vitam degunt: vt contra absque legibus viuere brutorum animantium sit imitari vitam; vitæ umbram; & maximè Christiano homini aduersam. Nam si quæ in hoc mundo cœlestes orbes undique ambiunt; si ipsa cœlestia corpora; si ordinem, dispositionem, vniformes eorum motus atque inuicem consentientes oculis, mente, & ratione lustremus: omnia creatori suo optimo inseruire, & certis, immutabilibusq; legibus obsequi, compertum erit. Quod si in his, quæ sunt facta, quasi in speculo; vt apostolus testatum reliquit; mens ipsa nostra Dei inuisibilia intuetur; sic ex his adeo sursum erigitur, vt, quæ ex ipsa intelligendo assequi non potest, intelligat, & agnoscat: legibus agere, operari; & viuere, Deum proculdubio est cognitione consequi; &, vt fieri potest, imitari; quod beatè est viuere. Hac de causa Deus in ipsis etiam primis mundi exordijs legibus naturæ insitis, homines habuit, qui ipsum venerarentur, & colerent summum rerum omnium opificem, atque parentem. Mox verò hominibus, quasi ad virilem ætatem deductis, leges in lapideis tabulis suo digito tanta cum maiestate conscripsit; promulgari voluit; & obseruari ab omnibus. Verbum tandem ipsius æternum & impassibile, hac mortali & passibili veste susceptâ, redemptionem nostram trium, atque triginta annorum cursu promeritus est, atque perfecit; vt nobis proprias leges præscriberet, & doceret, suique exemplo complectendas, atque seruandas ostenderet. Hæc autem vt facilius, & perfectè assequi vnusquisque posset, eas præterea leges dedit, quibus impurus animus, & ipsi Deo, hominibusque infestus, purior euaderet; atque adspsa ecclesia

diuinaque

diuina contemplanda, intelligendaque optior: vt bonus effectus ad ipsam tenderet beatam vitam. Legem itaque summam rationem desiniamus, in natura insitam, & à Deo ad benè, beatèq; viuendum hominibus propositam. Quis igitur non leges admirabitur? Quis non complectetur leges? Quis non legibus, & animum, & vitam exornare omni conatu studebit; totis; viribus contendet? Is profectò, qui à legibus vult abesse, à natura recessit: Deum deseruit; rationi aduersatur. Is quisquis est, pœnas in eâ legibus constitutas, meritò nouerit habere; quas & expendet; atque tanti sceleris omnino persoluet. Maximum enim est scelus; hominem, qui creatoris sui imaginem gestat, & similitudinem præsefert, cunctis animantibus sanctiorem, alteque mentis, legibus ipsis susceptis, non ad Sydera tollere vultus, ad diuina, ad Deum: sed contra, contemptis legibus, ad ima dilabi; & brutorum vitam quasi induere, & sectari. Is igitur ad leges redeat, ad seipsum, ad naturam, ad Deum. En leges habet, & à maioribus nostris, & à nobis conditas, atque editas. Legat itaque; diligenter aduertat; atque omnino exequatur: nulla enim aderit excusatio peccati, legibus promulgatis. Nos quidem paterno affectu omni studio, ac diligentia ea de causa operam dedimus, vt, & antiquiores constitutiones castigiatores, erroribus, qui vix numeris colligi possent, prorsus sublatis, & nostræ emitterentur; vt clerici nostri, qui leges venerantur, & colunt, leges habeant; quas deosculentur, complectantur, & seruent. Iis enim leges nostræ benignè, amicèque loquuntur. Iis legibus præmia, & quidem maxima sunt proposita. Iis gratiam nostram, & benignitatem, & maxima quasi meritorum stipendia ponimus, & pollicemur. Et quoniam; vt Sapientissimus ille Solon dicere consueuerat; duabus rebus tempora continentur præmio, & pœna; qui præmia contempserit, & leges; indignationem nostram, & promeritas sentiet pœnas, & lucet. Nanque, vt illud Poetæ, vsurpem. Flectere si nequeam cœlum, Acheronta mouebo. Verum monemus, hortamur in domino, & obsecramus clericos nostros, vt Acheronta vitent, & fugiant: atque cœlestia petant;

& ad diuina mente, operesque contendant. Speramus enim fore; vt cum filijs nostris in æterna illa; quæ sursum splendet Hierusalem, atque eminet; summo, atque immutabili bono aliquando perfruamur; cuius gloria; quam in hac vita per speculum, & in enygmate intuemur; cum apparuerit, satiabimur; & mens ipsa, & animus perpetuò conquiescet.

CONSTITVTIONVM. AC PRIVILEGIORVM PATRIARCHATVS VENETIARVM.

PRIMA PARS.

De celebratione missarum, de diuinis offic. ac de residentia.

TITVLVS PRIMVS.

Ex Conc. Angeli, & Dominici Episco. & Laurentij Patriarc.

Diuina officia horis debitis celebranda esse; absentium pœnæ: & quomodo Plebanus honorandus, & condemnandus sit; quive eius vice fungatur in diuinis in ipsius absentia. Cap. I.

VT Dei cultus, & infra. Ordinamus; quòd communia officia nocturna, & diurna, beatæ Mariæ, mortuorum, graduales Psalmi, & spetiales litaniæ, preces, & suffragia consueta horis debitis, & expectatis absentibus, vt conueniens fuerit, communiter fiant, & celebrentur deuotè. Et infra. Ad cuius maturini communis tertium Psalmum residens, qui non interfuerit; ac perseuerauerit vsque in finem, soluat denarios tres; ac totidem in missa communi, si ad primam orationem non erit: & si ad primum Psalmum vesperorum non erit personaliter; perseueraueritque vt supra; perdat denarios duos, & totidem in completorio: cessante impedimento tali, quòd alia die in domo stet; & licentiam iuris, vel superioris habeat. Et prædictas pœnas deficientium, vt alias pœnas pecuniarias ordinarij locorum in suis ecclesijs, & personis sibi subiectis, augeant, diminuant, & tollant; prout eis videbitur expedire. Plebanus præsens ab omnibus, & in omnibus honoretur, & sicut etiam alij, vt supra dicitur, condemnetur. Si verò absens fuerit, vices ipsius teneat in diuinis officijs hebdomadarius presbyter; ad quē spectat incipere matutinum, & alias horas; dicere capitula, orationes, & benedictiones loco plebani.

cap. post pulsationem. c. vt etiam. c. Propter de sectum. cap. nos Marcus c. Ité quòd. 2. ca statuimus. 2. c. ité statuimus. 3. c statuimus. 1. de celeb. miss.

a. In diebus eod.

Ex

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

Ex Conc. Angeli, & Egidij Episcop. Cast.

In cœna domini vna tantùm missa celebranda. Qui in parasceue, & Sabbato Sancto celebrare possunt: & qui non. Quomodo in prædictis diebus funebres exequiæ habendæ sint. Pœnæ inobedientium. Cap. I I.

IN cœna domini vna missa tantùm illius diei dicatur propria; de qua clerici sint cõtenti. In parasceue autem, & Sabbato sancto, exceptis religiosis, & ecclesijs Cathedralibus, & baptismalibus, ac priuilegiatis super hoc, nullus sacerdos missam celebrare presumat. Transgressores autem vsq; ad octauam Paschæ ab officio, & beneficio sint suspensi. Et si contigerit, quòd illis tribus diebus aliquod funus sepeliendum ad ecclesiam, vel monasterium deferatur; fiant exequiarũ officia consueta absque missa, submissa voce, legendo potius, quàm cãtando, etiam sine pulsatione campanæ; sub pœna simili transgressoribus imponenda.

Ex Conc. Dominici Episc. Cast.

Pœnæ eorum, qui in nocte natalis domini, & in alijs solemnitatibus in ecclesijs, vel circum in hoc prohibita peragunt. Cap. I I I.

DE facientibus in ecclesijs, vel circa tempore celebrationis diuinorum, præcipuè in nocte natalis domini, & in alijs solemnitatibus abhominabiles insolentias, terribiles sclopos, vel strepitus, aut sonos periculosos, & alia plurima tædia, quibus deuotio fidelium diminuitur; & cultus diuinus contemni videtur. Prohibemus, quòd sine mandato Episcoporum non absoluantur ipsi, vel ipsorum consultores, vel fautores, quos participatione orationum, & sacramentorum priuamus.

Ex eodem Conc.

Communis missa quomodo celebranda sit, & quando, & qui debent ad esse. Cap. I I I I.

POst pulsationem ad missam tertia, vel alia hora cantetur; & sequatur in cantu communis missa diebus singulis; & horis, ad quas tenentur clerici adire, & esse, omnes sint residentes; etiam si plures in die ex debito ordine ecclesiæ missæ cantentur.

Ex eodem

cap. V. Dei cultus vtilit. Propter de feriis. Nos Marcus. 1. 8. quod. 2. Statuimus. 2. Item Statuimus. 3. eod. Item ordinamus 3. eo

Ex eodem Conc.

Quomodo plures missæ in ecclesia simul celebrandæ sint, & pœna transgredientium. Cap. V.

QVando plures missæ dicuntur simul in ecclesia, vna tantùm alta voce concentur, aliæ autem sic demissa uoce dicantur, quòd modicè audiantur; & nullus sacerdos ante euangelium communis missæ celebrare præsumat. Ordo autem missarum successiuè sic obseruetur; quòd post euangelium communis missæ, priusquam eleuetur corpus dominium, nullus presbyter in ecclesia ipsa incipiat euangelium pro alia missa dicenda, nisi in exequiis defunctorum. Et qui fundiosè contrauenerit in prædictis, aut aliquo prædictorum, pœna sex denariorum mulctetur; super quo interdum Episcopus valeat dispensare.

Ex Conc. Egidii Episc. Cast.

Silentium in ecclesia, maximè dum peraguntur diuina, præcipitur clericis, laicis, & pueris, et qua pœna, & à quibus transgressores afficiãtur. Cap. V I.

IN choro omnes clerici silentium teneant, maximè cùm psalmi dicuntur, aut missæ officium celebratur, nisi propter necessitatem, vel vtilitatem eos loqui oporteat. Transgressores verò a præsula suo corripiantur, & sicut iustum fuerit puniantur. Laici autem tàm mares, quàm fœminæ admoniti à sacerdotibus acerrimè puniuntur. Pueri, qui diuinum officium suo tumultu, & rumore impediunt, & perturbant, à parentib. vel eorum magistris, vt taceant, castigentur. Negligentes verò parentes, & ministri in correctione in pœnitentiis à suis confessoribus puniantur.

Ex eodem Conc.

Nullus in pulpito, ante altare, aut in choro velato capite legat, aut cantet, & quæ ac pœna. Cap. V I I.

NVllus in ambone, seu pulpito in lectorio, aut ante altare, siue Sacerdos fuerit, siue alterius cuiuscunque ordinis clericus,

cus legere, vel cantare uelato capite præsumat, neque in choro in dicendo orationem, vel antiphonam vel versiculum, aut responsorium, vel in communi officio inchoando. Qui contrafecerit, a suis præfatis inferioribus corripiantur: & si fuerint incorrigibiles, à suis episcopis puniantur.

Ex eodem Conc.

Melodiæ ob epistolis, euangeliis, & præfationibus missarum, quibusdam exceptis, remouentur: & pœna. Absolutio in ea potestate, & ne non dicatur in exequijs mortuorum à Sacerdotibus. Cap. VIII.

NE melodiæ, siue cantilenæ in epistolis, euangeliis, & præfationibus canentur cum intellectum audientium impediãt, vel perturbent; & per hoc in mentibus fidelium deuotio minuatur; auctoritate sacri huius concilii duximus statuendum: vt epistolæ, euangelia, & præfationes in missis (exceptis liber generationis, & factum est autem, & primis euangeliis Diaconorum) cum melodiis, præter episcopi licentiam, nullatenus decantentur: transgressores autem per se primanam ab officio, & beneficio sint suspensi. Eadem pœna duximus puniendos sacerdotes, qui publice in exequijs mortuorum dixerint absolutionem illam, quæ incipit. In ea potestate & c. cum solùm ad episcopos pertinere noscatur.

Ex eodem Conc.

Quòd in canone fiat memoria ducis, & pro bono statu Venetiarum. In ferialibus diebus tam in matutinis, quàm in vesperis commemoratio fiat SS. Hermacoræ, & Fort. atque B. Marci. Cap. IX.

c. Item ordinamus. 3. eod.

QVia in toto, & infra Statutimus; vt in loco canonis missæ in secreta, vbi dicitur, vnà cum Papa nostro &c. immediate ungatur, & duce nostro, expresso nomine, & pro bono statu Venetiarum; demum, quæ ibi sequuntur. Ordinamus, atque statuimus ad honorem beatorum Hermacoræ, & Fortunati, vt de illis fiat memoria in ferialibus diebus, tam in matutinis, quàm in vesperis, & idem fiat de B. Marco.

Ex

Ex Conc. Thomæ Patriarchæ.

Missarum solemnia celebrentur cum earum introitibus, & alijs, vt in ordinario: alia omninò amoventur, exceptis quibusdam motetis. Cap. X.

IN primis siquidem in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus de cætero missarum solemnia canrentur, & celebrentur cum earum introitibus, gradualibus, vetribus, & tractibus, offertoriis, communionibus, & aliis debitis solemnitatibus, vt est à sanctis patribus institutum: & nihil, præter moteros, & alia in ipsis missis decantanda, de prædictis institutis omittatur; quos motetos, nisi sint ad laudem Dei, & beatæ Virginis Mariæ, aut aliorum sanctorum, in ipsis missarum solemnis auctoritate præsentis concilii decantari penitus inhibemus.

Ex eodem Conc.

Subditi in sabbato sancto cum cottis ad eorum baptismales ecclesias omninò accedere teneantur, nisi fuerint legitimè præpediti, vel absoluti: aliter puniantur. Cap. XI.

ITem, cùm baptismales ecclesiæ debeant per eorum subditos honotari; & ipsi subditi cum cottis ad baptismalem fontem in sabbato sancto, pro ipso, & cereo, & nouo igne benedicendis, singulis annis ad ipsas ecclesias baptismales conuenire teneantur; & aliqui, qui ad prædicta tenentur, vt fide digna relatione percepimus contumaciter, licet perquisiti, ea die, vt supra, ad ipsas ecclesias baptismales conuenire contemnant: prædictis subditis, & eorum cui libet, ad prædictas ecclesias solitis conuenire, sub pœna quinq; librarum parurorum, pro quocunque contrafaciente (plebano, aut archipresbytero, aut prælato illius baptismalis ecclesiæ pœna integraliter persoluenda; & in vtilitatem prædictæ baptismalis ecclesiæ, ad quam conuenire neglexerint, conuertenda) districtè præcipiendo mandamus auctoritate nostri præsentis concilij; quatenus singulis annis eum eorum cottis, vt moris est, in dictis baptismalibus ecclesijs, pro prædictis adimplendis, studeant dicta die sabbati sancti, omnimodè conuenire; nisi fuerint impedimento canonico præpediti; vel a plebano, aut archipresbytero, aut prælato ipsius baptismalis ecclesiæ super hoc fuerint absoluti.

c. Item ordinamus. 4. eo.

B 2 Ex

Ex eodem Concilio .

Plebani, ac presbyteri domibus residentiæ noctu habitent, & dormiant . Cura animarum est plebanorum . Transgredientium pœna. Cap. XII.

C. Nos Marcuc. Propter defectum. Item ordinamus 2.

PLebani in eorum cellis, seu domibus suorum plebanatuum de nocte habitare, & dormire teneantur; ne populus eisdem commissus, & animarum cura (quam curam solos plebanos in ecclesijs sibi commissis habere præsentis concilij auctoritate dicimus , pronuntiamus , & declaramus) patiantur in aliquo detrimentum; subpœna alijs facerdotibus , & clericis non habitantibus in domibus ecclesiarum suarum , & de nocte in eis non dormientibus , inflicta ex constitutione. Dominici. super hoc edita .

Ex Synodo Bartholomei Episc. Castel.

Sacerdotes, vel clerici quomodo licentiam habeudi extra ciuitatem à plebano , aut ab episcopo , vel eius vicario obtineant , et pœna . Titulari præterea vltra menſem non absint ab ecclesijs , nisi alium episcopi arbitrio deseruientem relinquant. Cap. XIII.

I. C. Item statuimus. 4. eo dem. c. 2. plenius Syn. 5.

SAcerdotes, vel clerici non absentent se extra ciuitatem, vel diœcesim absque licentia . Hanc autem licentiam usq; ad octo dies plebanus, vel eius vicarius dare possit; sed abinde supra ab episcopo, vel eius vicario requiratur . Transgressores verò, sine licentia recedentes; vel vltra sibi concessum terminum commorantes, in pœnam incidant ; quæ iis , qui non interfuit officijs , est inflicta .

Prouidendo quoque sacimus; vt nullus præsbyter, diaconus, vel subdiaconus intra titulatorum numerum constitutus , in aliqua ecclesia vltra vnum menſem , etiam cum licentia , possit abesse ; nisi alium idoneum , episcopi arbitrio , qui ecclesiæ vice sua in illo deseruiat ordine , duxerit relinquendum . Qui verò contrafecerint , episcopi licentia non abrogata, velut propriæ desertor ecclesiæ beneficio, sue titulo, quod, vel quem in ipsa ecclesia obtinet , spolietur : & alij, qui ineo ordine ipsi deserire velit, & valeat, iuxta constitutionem super hoc ordinatam , conferatur.

Ex eodem Conc.

Qua pœna puniantur clerici , qui diuinis officijs non interfunt , cessante legitimo impedimento . Quis absentium nomina describat; & quomodo, et quando exigenda sit absentium pœna , et in quos vsus conuertenda. Quomodo, et quando , et cui impedimentum allegandum ; et pœna minorum clericorum ; atque officialis deputati ad nomina absentium describenda, si in aliquo defecerit. Cap. XIIII.

VT etiam Dei cultus in diuinis officijs diligentius obseruetur ; &c. statuimus ; quòd omnes clerici horis canonicis cum capis , vel cottis contineant in ecclesia : & qui sui officij executionis impedimento cessante , ad matutinas maiores ante finem tertij psalmi, ad missam ante primam orationem ; ad vesperas ante finem primi psalmi non venerit, & non perseuerauerit vsque in finem totius officij , denarios quatuor pro quolibet officio perdat : quorum nomina per custodem ecclesiæ, vel alium de voluntate plebani,& maioris partis capituli deputandum, horis singulis, sic notetur, vt in fine cuiuslibet mensis coràm ipsis plebano,& capitulo patur ratio,& pecunia recipiatur, in utilitatem ipsius ecclesiæ conuertenda .

ut Dei cultus. cap. c. post pulsationem. C. Propter defectum. Nos Marcuc. item. quod 2. statuimus 3. eodem. c. ité quòd eod.

Vt insuper Dei cultus,& infra. De supradicto impedimento teneatur impeditus die impedimenti, uel sequenti plebano, si in ciuitate fuerit; aut, eo absente, suo uicario fidem facere , aliter incurrat pœnam, in capitulo supra immediatè, scriptam. Et qui pœnam huiusmodi non soluerit infra triduum à reddita ratione; ab omni beneficio ipsius ecclesiæ, donec satisfecerit, sit priuatus. Clerici verò minorum ordinum, qui diuinis officijs, vt præmittitur , non interfuerint, à suis plebanis acrius castigentur . Si officialem talem deputatum in scribendo , tam aliorum nomina cessantium à diuinis , quàm suum, malitiam, uel negligentiam notabiliter commissile cõ stiterit, pœna, qua scribendus puniri deberat, puniatur.

Ex eodem Conc.

Candela in altari semper ardeat, dum celebrantur diuina ; in quibus ordinarium castellanum ab omnibus uniformiter obseruetur. Cap. XV.

I. C. Ité ordinamus 5. eod.

ITem ordinamus, quòd semper sit candela in altari accensa, quando diuinum officium celebratur. scriptum est enim. Ignis in altari meo semper ardebit .

In

In primis volumus, & mandamus, quòd ordinarium ecclesiæ castellanæ, quòd pertinet ad diuinum officium, per omnia ab omnibus obseruetur uniformiter, cum additionibus, quæ reperiuntur,

Ex eodem Conc.

Clerici stantes, & non sedentes cantare debent. Cap. XVI.

QVando cantatur introitus, Kirie eleison, Gloria in excelsis, Alleluia, Offertorium, Sanctus, Agnus Dei, Communio, Responsoria, & Versiculi, & quicquid aliud cantatur tam in diurno officio, quàm nocturno, debeant omnes clerici cantare stantes, & non sedentes, & seruatis omnibus, quæ circa talia statuit concilium.

Ex eodem Conc.

Inter matutinum, & conuentualem missam una missa celebretur in omnibus ecclesijs. Cap. XVII.

QVoniam in diuinis, & infra. Districtè præcipiendo statuimus, quòd per singulas parochiales ecclesias nostræ ciuitatis, & diœcesis diebus singulis inter matutinum, & conuentualem missam, una missa in mane cum debita reuerentia, & solemnitate, quam requirit temporis, & horæ qualitas, infallibiliter perpetuò celebretur, contemptoribus pœna inobedientiæ tanquam debita puniendis.

Ex eodem Conc.

Horæ canonicæ, officium B. Mariæ, & defunctorum ab omnibus cantetur, vel legatur in choro pro temporis qualitate: & quibus temporib. defunctorum officium dicatur, cum nouem lectiones non dicuntur, et quo modo. Cap. XVIII.

I
Cleri stantes mut. 3. tod.

STatuimus, & districtè præcipimus, vt, quorundam consuetudine, quæ corrupte in uetus est censenda, prorsus abiecta; omnes horæ canonicæ, & totum B. Mariæ, atque defunctorum officium non singu-

singulariter à singulis, vel in sacrario, vel eundo, sed in choro communiter dicatur ab omnibus, cantando, vel legendo, prout temporis, & horæ qualitas suadebit, cum scripturam in. In ecclesijs benedicite dominum.

Mandamus, quòd à prima dominica post Pentec. vsque ad vigiliam Natiuitatis domini, & ab octaua Epiphaniæ vsq; ad quartam feriam maioris hebdomadæ, quæ est ante Resurrectionem, officium mortuorum, siue pro mortuis communiter in ecclesijs, & in choro celebretur, uoce submissa, & omnibus diebus, in quibus nouem lectiones non leguntur.

Ex eodem Conc.

Conuentualis missa de die quando dicenda: & aliarum missarum dispositio ad quem pertineat. Cap. XIX.

IN diebus dominicis, & festiuis missa conuentualis de die dicatur dominico, siue festo: reliquarum uerò missarum dispositio plebano, uel eius vicario, si præsentes fuerint; aut eis absentibus matori sacerdoti, qui tunc in choro fuerit; reliquatur. In solemnitatibus uerò præcipuis præter conuentualem missam, reliquum mq; illius diei officium hebdomadarius sacerdos nihil faciat, nisi plebanus id facere uoluerit. *cap. 1 eod: ca. Item ne. de vita cler.*

Ex eodem Conc.

In festo trium lectionum quomodo dicendum sit officium tempore paschali, & alijs temporibus. Cap. XX.

QVando occurrit festum trium lectionum dicatur in matutinis totum nocturnum illius diei cum suis antiphonis; & fiant lectiones, responsoria, & laudes, prima, tertia, &c. de Sancto illius diei; nisi uenerit festum ipsum inter duo pascha; quo tempore dicuntur tantùm tres psalmi secundum nostræ ecclesiæ castellanæ modum.

Ex eodem Conc.

Plebanus, uel eo absente, maior presbyter corrigat lectores; qui etiam ad eorum nutum finem legendi faciant. Cap. XXI.

SAcerdos, & alij clerici legant lectiones; & plebanus, si præsens fuerit; uel qui erit maior in ecclesia, absente plebano; corrigat lectores: *ca. Item ſia tiamut. 1. eod.*

lectores; & ad correctionem factam se lectores emendẽt: qui finem non faciant, nisi ad mandatum plebani, uel maioris, ut supra dicitur, absente plebano.

Ex eodem Conc.

Missa sponsis celebranda, quando, & quomodo. Cap. XXII.

SAcerdotes, qui fuerint requisiti, uel non requisiti de mandato plebani, debeant missam celebrare sponsis ante missam maiorem; si tunc fuerit petita. Et si illo etiam die non dominico, uel festiuo fuerit missa communis, & ista sit communis.

Ex eodem Conc.

Natalitia sanctorum, quorum ecclesiæ habentur, cum officio nouem lectionum celebrentur. Cap. XXIII.

CVm teneamur, & infra. Ordinantes statuimus, ut Natalia sanctorum, uocabulis quorum ecclesiæ nostræ ciuitatis, & diœcesis nominantur, solemniter cum nouem lectionibus celebrentur: maximè cum hoc mandatum à nobis modò non sumat exordium: sed iamdudum à prædecessore nostro apostolica dicatur auctoritate firmatum.

Ex synodo Ramberti Episcopi Castell.

Pœnæ instit. & transgressoribus contentorum in cap. 14. 17. & 23. Cap. XXIIII. Pœna cap. 23.

ITem statuto, quod incipit; cum teneamur, & infrà: Addimus; si aliquis contrarium fecisse eius, quòd in proximo capitulo continetur, inuentus fuerit; portione oblationum ea die, ad eum contingentium, sit, eoipso priuatus; quam ad manus custodis uerti uolumus, pro ornamentis ecclesiæ factario applicandam.

Pœna. Cap. 17.

Item constitutioni, quæ incipit, Quoniam in diuinis, & infra. Addimus; si quid contra ea, quæ in dicto cap. continentur, commissum fuerit, uel aliquis se subtraxerit ab officio, quod debet fieri: pœna amissionis oblationum, contingentium eodem die applicandarum sacrario pro ornamentis ecclesiæ, contrafacientes puniantur.

Pœna cap. 14.

Item constitutioni, quæ incipit; Vt insuper Dei cultus; & infra. Hanc pœnam addimus; quòd si quis contra ordinationem legitimam plebani venire præsumpserit, ab officio per septimanam vnà nouerit se suspensum.

Ex Synodo Angeli Dolphino Epis. Castel.

Ministri omnes, & præsertim ecclesiarum prælati, atque monasteriorum absentes ad residentiam reuocantur, pœna suspensionis, & priuationis. Excipiuntur canonicè impediti; & non habentes domos residentiæ; & quomodo. Et omnis ad residentiam teneri decernitur modis, ac pœnis ut supra. Tandemque absentes à diuinis à participatione oblationum illius diei excluduntur. Cap. XXV.

PRopter defectum non residentium ministrorum ecclesiarum, & maximè prælatorum, frequenter monasterij, & ecclesiæ non nullæ desolatæ noscuntur; & collabuntur paulatim: vel saltem damna grauia patiuntur; & multa exinde pericula prouenient animabus; & plura scandala suscitantur: & ideo præsentialiter publicè, & peremptoriè requirimus, & monemus abbates, priores, abbatissas, priorissas, archidiaconos, archipresbyteros, plebanos, rectores suorum locorum, canonicos, & clericos beneficiatos quoslibet nostræ curiæ, ac diœcesis castellanæ; quòd infra duos menses, à die præsentis monitionis computandos, ad sua monasteria, ecclesias, beneficia, & loca, quæ, & quas obtinent in nostra ciuitate, & diœcesi prædictis, reuertantur; facturi deinde in antea in monasterijs, cellis, domibus, ac locis, ministris ecclesiarum deputatis, continuam residentiam apud illas ecclesias; & ipsis diuinis officijs teneantur, etiam interesse. Et qui sunt præsentes illam residentiam continuent. Quòd si absentes non redierint: vel, si qui sunt præsentes, se absentauerint per spacium duorum mensium: illos à diuinis suspendimus in his scriptis: quam suspensionem si per mensem animo sustinuerint pertinaci, eò illis perpetuò beneficijs sint priuati: nisi ab ipsa residentia legitimo impedimento, & necessario excusentur; de quo, aut de dispensatione canonica, si quam habuerint, no-

c. Nec Mar. cus. Statuimus. 2. Item ordinamus. 2. Item statuimus. 4. Plebani. 10. situ. c. Item ne, de vita cler. c. clementi. Dilecte 2. Dilecti. 2. Ad fatuum. de elect. c. Ie fuper. De celebr. miss.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALONSO DE HERRERA

bis, vel vicario nostro interim fecerint plenam fidem. Non intendentes, quòd præmis prædictis ligentur, qui domos ab ipsis ecclesijs non habuerint; dum tamen in dignitatibus, vel personatibus non fuerint constituti: qui tamen sibi domos in parochia possint acquirere: licet aliter, vt possunt, ad residentiam, & interesse diuinis officijs, teneantur. Decernimus insuper statuentes; quod quicunque de cætero quod vis beneficium in nostra ciuitate, vel diœcesi fuerit assecutus, ad similem residentiam, sub pœnis prædictis, simili modo, & forma, teneatur; & in omnibus sit adstrictus. Interim autem eo tempore, quo absentes fuerint, vel præsentes, aut residentes, non tamen interfuerint diuinis, saltem missæ maiori, vel communi in ecclesia celebrandæ, de oblationibus nihil percipiant ea die, inter alios, qui interfuerint, diuidendis: aliis pœnis, contra tales per prædecessorum nostrorum constitutiones impositis, nihilominus in suo tobore duraturis.

c. Vt Dei cultus & pulsationem vberiam. Nec quòd 2. Statuimus. 2.

Item statuimus. 2. eod.

Ex Synodo Angeli Corario Epis. Cast.

Nullus eodem die, excepto natalis domini, missam bis celebret, sacram confiscindo eucharistiam, pœna interdicti ab ingressu ecclesiæ, & aliis. *Cap. XXV I.*

ANgelus Dei, & apostolicæ sedis &c. Volentes igitur futuris temporibus prouidere, & quod piè factum est firmius radicare; mandamus, atque statuimus hac nostra perpetua constitutione; quòd nullus sacerdos in nostra ciuitate, & diœcesi eodem die missam celebret, bis confiscindo sacram eucharistiam; excepto Sanctissimo die natiuitatis D.N.I.C.

Ad huius autem nostræ, constitutionis obseruantiam omnes, & singulos præsentes, & futuros, etiam si pontificali fulgeant dignitate, trina canonica monitione in domino monemus, & obsecramus sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ; quam ipso facto volumus incurrere omnes inobedientes, & transgressores, pœna alia arbitraria puniendos, secundum quòd nobis, vel successoribus nostris videbitur opportunum?

Ex Synodo Marci Lando Epis. Cast.

Canonici in choro stent, & capitulariter incedant cum zanfarda, & cotta pœna excommunicationis: aliy verò clerici in choro suarum ecclesiarum cum cotta pœna solidorum decem. *Cap. XXV II.*

Item

ITem, quòd canonici ecclesiæ castellanæ, & aliy in dignitatibus constituti in dicta ecclesia, dum missa, & diuinum officium celebratur, non ingrediantur chorum absque bireto, almuzia, siue zanfarda, & cotta. Et similiter obseruetur, si contigerit eos capitulariter incedere de per se, vel simul cum manionarijs ad funeralia, vel alios actus; sub pœna excommunicationis, quam incurrant ipso facto.

1 c. Item statuimus. 2. & 3. eod.

Item, quòd aliquis clericus in sacris, aut minoribus constitutus non audeat ingredi chorum, aut stet in choro, dum dicitur diuinum officium; nisi cum cotta (& hoc intelligi volumus in ecclesijs, in quibus sint instituti, & beneficiati) sub pœna solidorum. x. pro qua libet vice, applicandorum fabricæ ecclesiæ.

Ex eodem Conc.

Clerici beneficiati dicant officium secundum antiphonarium in ecclesia sua: per se autem aliud ex dispensatione. *Cap. XXV III.*

ITem omnes sacerdotes, & clerici beneficiati in diœcesi nostra debeant dicere, & cantare officium suum secundum antiphonarium, & alios libros ecclesiæ; & secundum quòd in qualibet ecclesia consuetum est dici, sub pœna; & c. Non inhibentes propterea, quilibet de per se non possit, & valeat dicere officium aliud; si secum fuerit legitimè dispensatum.

c. ordinamus. eod.

Ex Synodo Marci Lando Epis. Cast.

Clerici resideant in suis beneficijs pœna priuationis; nisi spetialem habeant ab ordinario licentiam; & absentes infra xv. dierum spatium redeant ad residendum, vel &c. *Cap. XXV IIII.*

NOs Marcus, & infra. Statuimus; quòd quilibet clericus beneficiatus in diœcesi nostra castellana teneatur in suo titulo, seu beneficio residere personaliter, sub pœna priuationis; quam incurrat ipso facto hac monitione præmissa: nisi à nobis licentiam spetialem & expressam habuerit. Et qui nunc absentes sunt, debeãt infra xv. dierum spacium futurorum, à die publicationis præsentiũ connumerandorum, quorum &c. quod assignamus eis, venire ad faciendam residentiam: vel ad allegandam causam, quare dictam residentiam non faciant, sub pœna priuationis; quam incurrant ipso facto.

c. Statuimus 2. c. Propter defectum. Item ordinamus. 2. Item statuimus. 4. Præbant in super tit. 6. Item mando. De vi a clero. Distct. 2.

Ex eodem Syn.

Quilibet interfit nocturnis ac diurnis officijs, qui eſt beneficiatus, & abſentes ſignentur; ac pœnis in fine cuiuslibet menſis ſatisfaciant.

Cap. XXX.

c. vt Decimum. Poſſeſſionē. Vt etiam. Propter defectum. Statuimus. 2. Item ſtatuimus. 3. eod. c. Vt etiam eod. c. Statuimus. 3. eod.

ITem, quòd quilibet beneficiatus, & titularis in aliqua dictarum ecclesiarum caſtellanæ diœcesis teneatur intereſſe diurnis officijs diurnis, & nocturnis cum cottis ſuis, ſiue ſuperpelliceis; & per ſeuerare vſque in finem; ſub pœna ſuæ portionis illius diei, applicā dæ his, qui interfuerint.

Item, quòd quilibet plebanus, aut rector eccleſiarum diœcesis noſtræ teneatur facere appunctari omnes ſacerdotes, & clericos, & maximè in ſacris ordinibus conſtitutos; & admonere ſacristam, ſiue cuſtodem de appunctando benè, & ordinatè omnes, qui non interſunt diuinis officijs diurnis, & nocturnis; & in fine cuiuslibet menſis exigantur dictæ appunctationes per plebanum, vel rectorem eccleſiæ, in vtilitatem eorum, qui interfuerunt.

Ex Syn. Franciſci Bembo Epiſ. Caſt.

Dies quibus vel ſolùm plebani, vel beneficiati omnes tenentur intereſſe miſſa, eccleſiæ Caſtellano. *Cap.* XXXI.

c. Statuimus. 3. eod.

FRanciſcus Bembus, & infra. Volentes igitur tàm incommoditatibus cleri, quàm conſuetudini, quæ permittit, vt ante finē miſſæ noſtræ eccleſiæ caſtellanæ clerici liberè poſſint recedere, prouidere; canonicorum noſtrorum, totiusque cleri, vel maioris partis ipſius aſſenſu, precatu, & conſenſu per hanc noſtram conſtitutionē perpetuò duximus ſtatuendum; quatenus de cætero in die Pentec. Vinc. & cathed. ſancti Petri ſolùm plebani; in vigilia verè Pent. in ſolemnit. S. Petri de menſe Iunii, in dedicatione eccleſiæ Caſt. plebani, & alij beneficiati omnes accedere teneantur; & intereſſe vſ; ad nullæ complementum cum cottis ſuis, ſub pœnis antiquitus conſuetis eidebus natiuitatis gloriosæ V. Mariæ, & dominica prima Quadrageſimæ omninò ſablatis.

Ex Syn. Laurentij Iuſtiniano Patriar.

A nullatio præter... ne co-ſuetudinum. *Cap.* XXXII.

Reuoca-

ca. Item ſta tuimus. 1. eod.

REuocamus, & annullamus omnes corruptellas, ſiue abuſus, quæ conſuetudines nuncupantur, ſiue ſtatuta, & ordinationes, & circa diuinum officium, & vitam & honeſtatē cleri: quia indecens eſt, quòd vitia conſuetudine exeuſentur.

Ex Conſtitutionibus And. Bond. Patriar.

Clerici beneficiati omnes perſonaliter reſideant; & abſentes ad reſidentiam reuocentur infra xv. dierum ſpatium pœna priuationis: omnes præterea intereſſe nocturnis & diurnis officijs cum cottis pœna &c.

Cap. XXXIII.

II.
c. Propter defectum. No. Marcus. Plebanus. Item ordinamus. 2. Item ſtatuimus. 4. eod. c. Itemque. De vitacle. c. Clemens. 2. Dilecte. 2. Dilecti. 2. Ad ſuscitā 2. De clerici. c. Vt Decimum. Poſſeſſionē. Vt etiam. Propter defectum. Ita quòd 2. Statuimus. 2. Item ſtatuimus. 5. eod.

STatuimus vlterius; quòd quilibet clericus beneficiatus in ciuitate, & diœcesi Venet. teneatur in ſuo beneficio perſonaliter reſidere ſub pœna priuationis; quam incurrat ipſo facto, ſi ſe abſentauerit ſine licentia noſtra. Monemus præterea abſentes in præſentiarum, quatenus infra xv. dierum ſpatium poſt publicationem huius noſtræ conſtitutionis, quorum quinque pro primo, quinq; pro ſecundo, & alios quinque pro tertio, vltimo, & peremptorio termino aſsignamus: ſub eadem pœna priuationis venire debeāt in ſuis beneficijs facturi reſidentiam; alias ſint ipſo iure ſuis beneficijs, à quibus ſe abſentauerint, in hac noſtra diœcesi priuati.

Item, quòd quilibet beneficiatus teneatur intereſſe diuinis officijs tàm nocturnis, quàm diurnis cum ſuperpelliceis, ſiue cottis, & perſeuerare vſque in finem, ſub pœna priuationis ſuæ portionis illius diei, applicandæ intereſſentibus; & ſoldorum xx. applicandorum cæteris de capitulo.

Ex eiſdem Conſtit.

Plebani ſubditos clericos inobedientes per dies octo ab eccleſia poſſunt expellere; qui interim eorum beneficium amittunt; & ex ipſorum proventibus officiatur eccleſia ad nutum plebani. *Cap.* XXXIIII.

ITem quoniam decens eſt, ut inferiores obediant maioribus; ſtatuimus, vt quòd quilibet plebanus poſſit quoſcunque presbyteros, ſiue clericos ſibi rebelles, & inobedientes expellere de eccleſia ſua per octo dies. Et ne ipſi inobedientes videantur commodum

de ſua

de sua malitia reportare; uolumus, quòd portio ipsorum, quæ occurrit infra prædictos octo dies, siue prouenerit ex funeralibus, siue ex oblationibus deuentis; applicetur interessentibus, uel alteri, qui eius loco officium in ecclesia fecerit. Et si uidebitur plebano, faciat officiari ecclesiam sumptibus illius contumacis, etiam de procuntibus occurrentibus illis octo diebus.

Ex eisdem Const.

Beneficiati in domibus residentiæ personaliter habitent: alias afflictus conuertantur in reparationem domorum, uel in fabricam ecclesiæ. Cap. XXXV.

II. c. Propter defectum. Nos Mar- cum. Item. Statuimus. a. Plebani. Inspect. uis. c. Item ut. De uita cl. c. Clemens. Dilecte. 2. Dilecti 2. Ad futura. De elect.

ITem ordinamus; quòd omnes beneficiati teneantur personaliter habitare in domibus suorum beneficiorũ, aliàs afflictus qui prouenerint ex eisdem conuertantur in reparationem dictarum domorum; uel si non indiguerint reparatione, reuertantur in fabricam ecclesiæ.

Ex eisdem Const.

Memoria SS. Marci, Hermac. & Fort. Singulis diebus missa cantetur & dicantur horæ modo & c. Et quilibet sacerdos semel in hebdomada confiteatur saltem. Cap. XXXVI.

III. cap. Quia in cod. a. Post pul sationis. cc.

ITem ordinamus ad honorem beatorum Marci, Herm. & Fort. ut de ipsis memoria fiat in ferialibus officijs tã in matutinis, quàm in vesperis. Statuimus etiamput in omnibus ecclesijs maximè plebium nostrarum iungulis diebus hora competenti cantetur missa; & ante ipsius decantationem semper legantur horæ canonicæ maximè diebus ferialibus: diebus verò festiuis cantentur hoc modo, videlicet; tertia ante missam; & sexta legatur post missam: nona verò immediatè dicatur ante vesperas; & postea vesperæ decantentur.

ca. Item si a tsumus. 3. cod. c. Animaduertimus. De vita cler.

Item ordinamus, quòd quilibet sacerdos saltem semel in hebdomada teneatur confiteri peccata sua: & de hoc quilibet plebanus teneatur singulo mense dare nobis notitiam sub pœna suspensionis diuinorum.

Ex eis-

Ex eisdem Const.

Die sabbathi Sancti subditi clerici eant ad ecclesias baptismales. Cap. XXXVII.

ITem ordinamus; quòd omnes plebani, & alij sacerdotes in die sabbati Sancti teneantur ire omni anno ad baptismales ecclesias iuxta morem iamdiu obseruatum, sub pœna trium librarum, applicandarum illi ecclesiæ, in cuius iniuriam contumaciter renuerint accedere. ca. 1. & cum cod.

Lumen sit in altari, dum celebrantur diuina: semperque ardeat ante Corpus Domini. Cap. XXXVIII.

ITem ordinamus; ut semper, dum diuina celebrantur, sit lumen in altari; & semper die, noctuque ardeat lampas ante Corpus Domini sub pœna solidorum quadraginta pro qualibet vice. ¶. ca. Item ut dinamus. 1. cod.

Ex eisdem Const.

Qui corrigant lectores; & ad cuius mandatum legendi finem faciant. Cap. XXXIX.

ITem ordinamus; quòd sacerdotes, & alij clerici legant lectiones; & præsente plebano nullus corrigat lectores; nisi ipse plebanus, sed ipso absente, maior post plebanum, qui tunc præsens fuerit, gerat vices plebani. Sacerdotes autem prædicti, uel clerici finem lectionibus non faciant nisi ad mandatum plebani, uel maioris plebano absente: qui, si in contemptum alicuius prædictorum finem fecerint, incurrant pœnam librarum trium. ¶ I. cap. Sacerdotes. cod.

Ex eisdem Const.

Religiosorum vagantium, & apostatarum pœna carceris: qui nec admittantur à plebanis ad missarum celebrationem, & officia. Cap. XL.

PRohibemus præterea; ut nullus monachus, aut frater cuiuscunque religionis, uel apostata, ideſt non differens habitum secundum

dùm Clem. Ne in agro. de stat. regul. dimisso monasterio, discurrat, aut nagetur per ciuitatem, aut diœcesim nostram, sub pœna carceris ad arbitrium nostrum: & similiter inhibemus plebanis sub pœna ducati unius qualibet uice, quòd tales non admittant ad celebrandum, aut ad officiandum in eorum ecclesijs.

Ex eisdem Const.

Dies, quibus tenentur omnes clerici interesse missæ ecclesiæ Patriarchalis. Cap. X LI.

cap. Franci fum. eod.

STatuimus præterea; ut iuxta consuetudines, & constitutiones prædecessorum nostrorum in die Pent. Vinc. & Cath. S. Petri: solum plebani: in die uerò Lotis sanc. sanct. Pet. & Pauli, de mense Iunij, in dedicatione ecclesiæ nostræ patriarchalis teneantur omnes tam plebani, quàm etiam alij beneficiati accedere ad dictam nostram ecclesiam; & intereſſe usque ad missæ complementum cum cottis sub pœna solidorum xx.

Ex eisdem Const.

Semel in hebdomada, vel singulis duabus hebdomadibus conficiatur corpus Christi; cuius, & oleorum sanctorum claues custodiantur à plebanis, aut rectoribus: nec iuuenibus permittantur, sub pœna excommunicationis. Cap. X LII.

PRæcipimus insuper, & districtè sub excommunicationis pœna mandamus; vt semel in hebdomada, uel saltem infra duas hebdomadas semel hebdomadarius conficiat corpus Christi pro infirmis, & confectum, siue seruatum per antea sumat.

Item præcipiendo mandamus; & mandando sub excommunicationis pœna præcipimus omnibus plebanis, seu rectoribus; quatenus claues corporis Christi, & chrismatis, aut olei sancti diligenter custodiant: nec committant illas clericis, aut iuuenibus: nam similibus non committerent claues thesauri sui; fortius, nec huiusmodi claues dimittere debeant negligenter; ex quo multa enormia læpe sequuntur, & maximè sacrilegia.

Ex Const.

Ex Const. Anton. Contareno Pat.

Plebanorum, ac presbyterorum titulatorum, qui ipsis dati sunt in partem solicitudinis curæ; solicitudo in ecclesiarum cura, sacramentorum custodia, ac bono parochianorum exemplo: ac negligentium, atq; transgressorum grauiores pœna. Cap. X LIII.

ITem statuimus; quòd omnes plebani, & titulati presbyteri; qui plebanis in partem solicitudinis curæ dati sunt; curam suarum ecclesiarum, ut tenentur, die, noctuq; soliciter cum charitate, & parochianorum suorum bono exemplo: & sacramenta ecclesiastica ita custodiant, quòd non possint nisi ad petitum usum haberi. Si quis uerò salutis suæ immemor aliquo sacramento abusus fuerit; uel abutendum alteri concesserit; indignationem omnipotentis Dei, ac pœnas, à sacris canonibus talibus inflictas, se sciat incursurum: & hac nostra sanctione pœnam priuationis omnium suorum beneficiorum eò ipso incurrat; & standi in carceribus per annum, & ultra ad beneplacitum nostrum: & tanquam malè sentiens de sacramentis ecclesiæ sit etiam aliter puniendus.

111. c. Presbiteros. 18 distinct. 1 Insuper excommunicamus. De vita cler.

Ex eisdem Const.

Beneficiati, & qui tenentur omnes ex constitutionibus patriar. vel ex consuetudine ecclesiæ missas tempore debito celebrent: interfint diuinis cum cottis deuotè: non confabulentur; non uagentur per ecclesias, pœnis &c. & celebrantes semel in hebdomada saltem confiteantur. Cap. X LIIII.

ITem statuimus; quòd omnes clerici præfatæ nostræ diœcesis cuiuscunque ordinis, gradus, & conditionis existant, officiantes ecclesias, & qui beneficiati sunt, in eis missas (vt ex constitutionibus prædecessorum nostrorum obligati sunt, uel ex consuetudine ipsarum ecclesiarum) tempore debito celebrent: & quando diuina officia cantantur cum suis cottis induti, qui tenentur ratione suorum titulorum, uel ex forma testamentorum, debeant adesse in choro; & cum deuotione, omissis confabulationibus, officium cum alijs dicere: & non uagari per ecclesias cum scandalo populi, & non sine

11. c. vt Deiuni. Post pul. facrum. Vt cler. in prouin. Item propter de ecclesiam. Item quod 2. Sta tuimus. 2. eiusdem.

offensa diuinæ maiestatis. Si quis uerò contrafecerit, per plebanum ipsius ecclesiæ, uel rectorem ab ipsa ecclesia, & à participatione omnium emolumentorum illo die, & duobus sequentibus prouentierium, expellatur; etiam si sit in ea titulatus: & cadat ad pœnam solidorum viginti partuorum pto qualiber uice; per ipsum plebanum auferendam, & in utilitatem ipsius ecclesiæ unà cum portione emo lumentorum, illis diebus mobedienti tangente, conuertendam.

cap. Item ex diuersis. 3. xvii. Et qui mi fas celebrant singulis fal tem hebdomadibus peccata sua teneantur sub pœna excommunicationis confiteri.

Ex eisdem const.

Beneficiatus non absit absque licentia plebani; & vltra xv. dies absq; licentia in scriptis ordinarij pœna amissionis omnium fructuum interessentibus titulatis diuidendorum. Absens vltra mensem siquis fuerit absque licentia, continuatur in ecclesia vt artus pro eo cum fructibus omnibus absentis. Plebani vltra tres dies non absint pœna lib. xxv. Cap. X LV.

III. *ca. Sacerdotibus. eodem. Quoniã pro ximus ipsis 3.*

ITem statuimus, quòd qui beneficiatus est in hac ciuitate à beneficio suo non recedat sine licentia plebani: & qui vltra xv. dies sine nostra licentia in scriptis obtenta se à beneficio suo absentauerit, eò ipso cadat à participatione omnium fructuum illius beneficij certorum, & incertorum illis diebus prouentientium, quibus absens fuerit; diuidendorum vt decima inter alios illius ecclesiæ titulatos, diuinis officijs interessentes: prouiso tamen semper ne ecclesia ipsa in diuinis obsequiis defraudetur illis diebus. Et si quis vltra mensem sine nostra licentia absens fuerit, per plebanum ipsius ecclesiæ, consulto suo ordinario, ad officiandum pro absente vicarius ponatur, qui integram portionem illius absentis in omnibus, & per omnia ad arbitrium nostrum percipiat. Saluis omnibus alijs cõstitutionibus præcedentium nostrorum, ac synodalibus contra nõ residentes statutis. Declarantes; quòd & ipsi plebani ab ecclesijs suis recedere non debeant vltra tres dies sine licentia nostra, sub pœna librarum xxv. diuidendarum vt supra.

Breue. pro missa in aurora Annuntiationis Beatissimæ Virginis. Cap. X L V I.

Leo Papa. X.

AD perpetuam rei memoriam. Tunc nobis commissi dispensationem thesauri sanctissimæ passionis dominicæ dignè credimus exer-

mus exercere, cùm salubre eiusdem thesauri commercium in parochialium, ac aliarum quarumlibet ecclesiarũ, & religiosorum decorem, cum diuini cultus augumento, & populi deuotione, ac fidelium animarũ salute fideliter cõtemus: ipsoq; fideles, ut populũ dominũ acceptabilẽ, & bonorum operum sectatorẽ reddere studeamus, ad complacendum eis, quasi quibuldam allectiuis muneribus inuitamur; vt diuinæ gratiæ exinde reddamur aptiores. Cupientes igitur, ut festum Annuntiationis B. Virginis Mariæ, ad quam, sicut accepimus, venerabilis frater noster Antonius Cõtareno patriarcha Venetiarum vehementissimum gerit deuotionis affectum; in ciuitate, & diœcesi Venetiarum per amplius cum maiori fidelium deuotione solennizetur, & deuotio ad ipsum festum in singulis illarum partiũ fidelibus, sicuti earum præsato, & pastore ad animarum suarum salutem, & eiusdem Virginis honorem radicitus plantetur: uniuersis & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus uerè pœnitentibus, & confessis, seu propositum confiteudi habentibus, qui solenni missæ in aurora in maiori, uel sancti saluatoris, aut sancti Antonii Venetiarum, seu aliqua alia dictæ ciuitatis, vel diœcesis Venetiarum tàm virorum, quàm mulierum monasteriorum, aut collegiata, uel parochiali, seu alia quauis etiam clericorum secularium eiusdem ciuitatis, & diœcesis Venetiarum ecclesia, in festo prædicto decantandæ, deuotè interfuerint, vel illam missam solemnem huiusmodi celebrarint; uel illius celebrationis defuerint: pro singulis uicibus, & diebus festi huiusmodi, quibus id fecerint, decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Præsentibus; quas sub quibuslibet reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, annullationibus, vel modificationibus similium, uel dissimilium indulgentiarum à nobis, uel sede apostolica etiam in fauorem fabricæ principis apostolorum de vrbe, aut expeditionis contra infideles, seu alia quauis, & quantumcunq; urgentissima causa hactenus, vel pro tempore emanatis, nullatenus comprehendi, sed ab eis semper exceptas fuisse, esse & censeri debere decernimus: perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die VIII. Martii. M. D. XXI. Pont. nostri anno octauo.

TITVLI PRIMI FINIS.

DE HABITV, ET TONSVRA CLERICORVM.

TITVLVS SECVNDVS.

Ex Concil. Egidij, Dominici, & Angeli episc. Castell. & Laurentij patriarc.

Qualia sint clericorum indumenta superiora; & qui colores prohibiti. Clerici præterea publicè non ludant, nec mulierum choreis intersint pœna suspensionis, &c. Cap. I.

c. Item quod eod. c. Vestimenti Syn. 3.

VT honestas clericornm seruetur; præcipimus omnibus personatum tenentibus, ac plebanis, canonicis, ecclesiarum cathedralium ministris, & aliis in sacris ordinibus constitutis sit guarnachias, & alia indumenta desuper, exceptis mantellis presbyteralibus, honesta, & clausa deferant; nimia breuitate, aut longitudine non notanda. Pannis rubeis, uel glaucis, exterius, uel interius, & utriduius non utantur. Ad aleas etiam, uel alios quoscunque ludos publicè ludere, & coreis mulierum publicè assistere prohibemus. Transgressores autem sint per septimanam suspensi à beneficio: & si quis ulterius contrafecerit, sit per mensem inhabilis ad ordines, & ad alia beneficia obtinenda: &, si expedierit, actus etiam puniatur: super qua tamen pœna permittimus, quòd per ordinarios dispensetur.

Ex eisdem Concil.

Clerici omnes tonsuram, & coronam deferant clericalem: cum quibusdã tamen dispensetur. Cap. II.

CLerici omnes, maximè in sacris ordinibus constituti, tonsuram, & coronam deferant congruentem, & clericalem. Transgressores autem careant iure in capitulo; & sint inhabiles ad ordines, & ad beneficia obtenda, quousq; se correxerint. Excipimus tamẽ quos ingenarios, & permittimus, quòd episcopi in suis diœcesibus possint in aliquo, uel aliquibus paucis numero dispensare.

Ex

Alii statuimus. 2. eod. c. Vestimẽta Syn. 3. c. Cleric. multorum. de uita & honest. clericor. qui nunc. diuntur Syn. 3. Clerici nullatenus. Syn. 2. item quod. c. nulli. Item simil mus. 9. de uita cler. c. quoniã. eo. c. ad reprimendum. 1. de uita clericor. præsbyteri. Syn. 2. Habeã Syn. 3.

Ex Conc. Dom. Lamberti.

Clerici habitum, & clericalem tonsuram non deferentes careant priuilegio clericali; ex à iudice seculari puniri ualeant. Cap. III.

QVoniam; & infra. Primò, secundò, & tertiò, & peremptorie monemus omnes, & singulos plebanos, canonicos, & clericos, ut habitum, & tonsuram deferant suo statui, & ordini congruentes. Alioquin seruant se priuilegio clericali nudatos; puniendos etiam per iudicem secularem, si sine habitu, & tonsura reperti fuerint in aliquo deliquisse. Indignum est enim ab ecclesia eis subuenirí, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

C. statuimus. 1. eo. c. ad reprimendum. 1. de uita. cle.

D. Marci Lando.

De manicis, uestibus, & caputijs clericorum nonnulla. Corrigiæ autem, siue zenturiæ argenteæ, aut deauratæ, & annuli doctoribus tantùm ac in dignitate constitutis permittantur. Deferantque omnes coronam in capite magniudinis hostiæ maioris. Cap. IIII.

ITem, quòd de cætero aliquis in ordine clericali, uel minoribus constitutus non audeat, aut præsumat portare manicas largas, nisi duabus palmis: nec apertas uestes a parte inferiori ante, uel retro: & non audeant portare bandam caputii transcendentem cingulum sub pœna solidorum quadraginta, pro mediertate accusatori, & pro mediertate curiæ episcopali applicandorum.

C. Item statuimus. 1. c. a quo animo Syn. 3. C. Item statuimus. 1. eo.

Item, quòd aliquis clericus, aut ecclesiastica persona non audeat portare corrigias, siue zenturias argenteas, aut deauratas; nisi sit doctor, aut in dignitate constitutus; nec etiam annulos aureos, uel argenteos sub pœna amissionis rerum prædictarum, applicandarum curiæ episcopali.

C. alii statuimus. 2. hoc eod. c. omne autem. Syn. 2. c. item similiter hoc eod.

Item, quòd omnes clerici, seu sacerdotes beneficiati diœcesis nostræ deferre debeant in capite coronam condecentem, & non minorem una hostia magna, sub pœna unius ducati, & plus, & minus ad arbitrium nostrum.

Ex

Ex Conc. Francisci Epis.

De eodem habitu clericorum. Cap. V.

c. ut enim 2. eod. omnem Syn. 5.

ITem uolumus,& statuimus, quòd nullus clericus in ordine constitutus audeat portare mantellum circum circa clausum; immo debeat ipsum habere apertum à parte anteriori in duabus partibus, ut uulgo dicitur, in crocella, sub pœna librarum quinque, toties, &c.

Item uolumus, & statuimus; quòd nullus in prædicto clericali ordine constitutus audeat portare mantellinas apertas à lateribus, nec à parte anteriori, & posteriori, nec uestes manicis carentes, sub pœna librarum quinque, &c.

c. ut enim. eod.

Item uolumus,& mandamus; quòd nullus clericus audeat portare manicas reuolutas, ut ipsarum sufflaturas ostendat, sub pœna librarum quinque toties, quoties.

Ex const. Andreæ Bond. patr.

De habitu clericorum alia. Cap. VI.

c. Superiori, eo.

VT ait Hieronymus; nec affectatæ sordes: nec exquisitæ delitiæ laudes pariunt. Ideò statuimus, ut quilibet clericus, cuiuscunque status, gradus, aut conditionis existat, deferre debeat mantellum in crocella, siue cum fenestrellis, non nimiæ breuitate, aut longitudine notandum. Et si non detulerit mantellum, saltem deferat uestem simili longitudine, aut breuitate non notandam, quæ habeat manicas non crispas ad humeros: nec sint nimis latæ, ita quòd possint notari de uanitate, aut ambitione.

Ex const. eiusdem.

Clerici sint incessu ornati, & graues. Cap. VII.

c. ista Statuimus. 1. eo. & quemadmodum de vita cler.

ITé ordinamus; quòd clerici præfati debeát esse ordinati in incessu, gestu, grauitate morum, & maturitate ostendant. Nam, ut ait Augustinus; incompositio corporis qualitatem mentis indicat.

Ex

Ex eisdem constit.

Caputia uaria, aut cendato suffulta, & cingula argentea, & deaurata prohibet ur ut cap. 4. penis in aliquo mutatis. Cap. VIII.

c. ita quòd. Item simi. mu. tato.

ITem similiter prohibemus, ne quis deferat caputium uaria, aut cendato suffultum; aut cingulum argenteum, uel deauratum; ni si sit doctor; aut aliàs in tali dignitate constitutus, quòd meritò de leuitate notari non possit: aliàs incurrat pœnam librarum trium pro qualibet uice; & cingulum sit accusatoris. Et quia fit mentio de amissione cinguli, & non caputii; præfatus D. patria. declarauit intentionem mentis suæ esse, quòd caputium sit accusatoris, sicut & cingulum.

Ex eisdem const.

Clerici secularibus negotiis non se immisceant pœna excommunicationis: neque tabernas, aut alia inhonesta loca ingrediantur pœna carceris. Deferant præterea coronam; comam non nutriant, &c. Cap. IX.

c. cumque mulierum. Item prohibemus. 5. item statuimus. 9. De uit. cler. Non ingrediantur. Sy. 3. cæquitis

ITem prohibemus sub interminatione anathematis; ne aliquis clericus cuiuscunque status laicalibus negotiis se immisceat, sibi non decentibus.

Item prohibemus omnibus clericis; ne audeant intrare tabernas, aut loca inhonesta, siue prostibula mulierum pœna carceris, aut alia ad libitum nostrum.

Item omnes sacerdotes, aut clerici beneficiati nostræ dioecesis teneantur deferre clericam cum decentem, & non minorem una hostia magna: nec permittant crescere capillos: sed illos tonderi faciant in modum coronæ; nec nutriant comam sub pœna unius ducati, & plus, & minus ad libitum nostrum.

Ex const. Antonij Contareno pat.

Clerici habitum deferant clericalem cum caputio colore non suffulto, & manicas duarum latitudinis quartarum; capillos, & barbam

bam iuxta Const.condeant; & condigna incedant grauitate; pſ-nis &c. Cap. X.

ea. Quoniam eod. c. Adverſ. primendi. 1. de vita cler. ea. Iiſ quod. eod. ca. Superior. ea. Item ordi namus. eod.

ITem ſtatuimus; quòd omnes clerici in ſacris ordinibus conſtituti,& qui etiam in minoribus,ſi beneficiati in hac ciuitate ſint, in habitu clericali eum caputio colore non ſuffulto, & manicis veſtimentorum duarum quartarum latitudinem, & capillis aurium longitudinem non excedentibus,ſine barba, cum congruenti tonſura iuxta formam prædeceſſorum noſtrorũ, ac ſynodalium conſtitutionum condigna grauitate,ut clericos decet,incedant.

Si quis verò contrafecerit,pœnam librarum decem qualiber vice incurrat,& amiſſionis caputij, inciſionis manicarum vſque ad debitam latitudinem,barbæ,& capillorum: & caputium ſit accuſatoris, id legitimè probantis,& pecuniaria pœna diuidatur,vt ſupra.

Ex eiſdem Conſt.

Prohibentur veſtimenta rubea,viridia, diuerſique coloris, ſericea, corrigiæ auro, argentoque ornatæ, annuli pœnis &c. & ſaluis priuilegijs. Cap. XI.

ii. cap. 8. eod. ea. Veſtimentis. ſyn. 3. ea. Iiſ quod. Item ſimiliter. eod. cap. omnem. dist. Syn. 2.

ITem ſtatuimus;quòd clerici quocunque priuilegio clericali gaudere uolentes, pannis rubeis,aut viridibus,diuerſiue coloris, uel ſericeis,excepto cendato nigro,vel corrigiis auri,uel argenti ornatum habentibus, ſeu annulis aureis non utantur; ſub pœna librarum x. toties,quoties erit contrafactum, per contrafacientem incurrenda; & modo quo ſupra diuidenda; & amiſſionis illarum rerum, quarum delationem prohibemus; quæ ſint denuntiantis: ſaluis ſemper in dictaſ conſtitutorum priuilegijs.

DE

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM:

De eorundem quibuſdam exceſſibus, reſidentia, habitu regimine eccleſiarum, ac de maleficis artibus.

TITVLVS TERTIVS.

Ex Syn. Angeli, & Dominici Epiſco. Caſt. ac Laurentij Patriarchæ.

Prohibetur clericis, ſuſpectis omnes mulieres, etiam amitas, & filios illegitimos eorum cum uxoribus domi ſecum, vel alibi in patriarchatu retinere pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis à beneficijs eccleſiaſticis, & etiam priuationis. Cap. I.

cap. Quanũ clericorum. Ad reprimẽdum 2. quod aliquis. Sic tuimus. ea. In actis ſyn. 2. Nemini. ſyn 3.

QVIA mores, ac actus, in quantùm poſſumus, cum Dei adiutorio cupimus reformare; auctoritate preſentis concilij ſalubriter prohibemus plebanis,& canonicis cathedralium eccleſiarum,ac preſbyteris, & aliis omnibus in ſacris ordinibus conſtitutis; ne in proprijs domibus,uel aliis audeant mercenarias,uel ancillas ſuſpectas,filias, uel filios ſuos illegitimos eorum cum uxoribus,uel amitas, de quibus aliàs fuerit ſiniſtra ſuſpitio,quantumcunq; proceſſerint in diebus,ſeu etiam quaslibet concubinas publicè ſecum in domo, uel alibi intra noſtrum patriarchatum retinere; quas concubinas notorias cum ſuis concubinarijs excommunicationis vinculo innodamus. Tranſgredientes quoque inhibitiones præſentes ab omni beneficio eccleſiaſtico ſuſpendimus, quouſque ſe correxerint eum effectu,ad arbitrium prælatorum ſuorum. Et ſi ſic ligati,uel ſuſpenti preſumpſerint celebrare, uel fructus beneficiorum,ut prius recipere;& niſi infra annum abſolutionem, ſeu relaxationem, & diſpenſationem canonicam,& ſufficientem oſtenderint manifeſtè: omnibus eccleſiaſticis beneficiis noſtri patriarchatus perpetuò ſint priuati.

E Ex Conc,

Ex Conc. Egidij episc.

Clerici, nisi sint in itinere, non deferant armi excommunicationis pœna. Cap. 11.

c. Item eff. 2. Licet Concily. omnes clericos. Statuimus. 1. Item statuimus. 7. end. c. clericis. Syn. 2. c. cum arma Syn. 3.

MAlitijs hominum; atque lasciuijs, ex quibus scandalum, atq; periculum solet oriri, obuiare volentes; omnes, & singulos clericos, ac personas ecclesiasticas absque episcopi licentia; nisi sint in itinere constituti, arma portantes, auctoritate sacti huius concilij excommunicationis vinculo innodamus.

Ex eodem Conc.

Clericus educens gladium, vel percutiens, vel iniurias inferens laico eadem pœna puniatur ab episcopo; qua laicus, hæc in clericum committes, à suo iudice puniretur: clerici autem, hæc contra se ipsos perpetrantes, arbitrio ordinarij. Cap. 111.

c. Item statuimus 7. end.

PRæsentis concilij auctoritate sancimus; vt si aliquis clericus cõtra laicum extenderit gladium, aut ipsum aliquo modo percusserit, vel intulerit ei atrociores iniurias, ea pœna pecuniaria à suo multetur episcopo, quam laicus contra clericum committens sine fuo à seculari iudice puniretur; vt si certa fuerit, & statuta apud laicos pars parua, vel magna, in ecclesiastico foro similis seruetur; si arbitraria, & incerta, hoc idem episcopi arbitrio relinquatur. Si verò inter clericum, & clericum prædicta, vel similia concitentur, ab episcopo arbitrariè puniantur, qui vtrobique pro qualitate delicti puniat delinquentes.

Ex eodem Conc.

Maleficia perpetrantes captandi amoris causa; & omnes sacrilegi, sortilegi, herbarij, & maleficos excommunicentur: & qui talia fieri faciunt; vel ad facientes accedant. Cap. 1V.

c. Prohibemus. c. Item

AD hæc pro salute animarum omnibus coniugatis tam marib⁹, quàm fœminis sub anathemate prohibemus, ne prætex-

tu

tu captandi amoris, vel capiendi, aut obseruandi, quæcunque maleficia facere præsumant. Generaliter autem omnes sacrilegos, sortilegos, herbarios, & maleficos excommunicamus; & qui prædicta maleficia fieri faciunt; seu qui ad eos accedunt.

Statuimus. 4. Insuper excommunicamus, etc.

Thomæ episc.

Prælati ecclesiarum, vel eorum vicarij formam diuini officij subditis præscribant; & transgredientes puniant vsque ad summam librarum quinque; à qua condemnatione possit appellari ad eramarium. Faciant præterea plebani, & prælati omnes, aut vicarij continuam residentiam. Cap. V.

ITem ne sit expediens; & infiæ. Volumus, & nostro præsenti concilio statuimus; quòd plebani, superiores, seu alij prælati, & in eorum absentia eorum vicarij in suis ciuitatibus, & ecclesijs circa diuinum officium celebrandum eorum subditis presbyteris, & clericis modum, formam, & ordinem dare debeant: & delinquentes circa diuinum officium condemnare; & pecunialiter mulctare possint vsque ad summam librarum quinque parisiorum. Considerantes autem delinquentis personam, & excessum, & temporis qualitatem; pœnas ipsas in fabricam, & vtilitatem ipsius ecclesiæ, circa quam delictum commissum fuerit in prædictis, vtilitei statuimus conuertendas. Verùm si quis ex condemnatione, & mulctatione huiusmodi putauerit se grauatum, ad diœcesanum recursum habeat, pro iustitia consequenda. Et vt huiusmodi defectus per eosdem plebanos, seu prælatos habilius corrigi habeant, sicut decet; volumus; vt ipsi per se, aut vicarij in eorum ecclesijs continuam residentiam facere sint adstricti.

c. In diebus. De celebr. miss.

Idem.

Sacerdotes quotidie, aut semel in hebdomada saltem; alij verò clerici semel in mense confiteantur. Cap. V I.

VT animabus subditorum nostrorum, nostra quoque prouinciæ salubrius consulatur, volumus, & decreuit præsens concilium; quòd quilibet sacerdos, nisi lam celebrans, omni die ante-

c. defectum. Nou. Mar. cin. Item or dinamus. 2. Item statuimus. 4. Statuimus. 2. De celebra. miss. c. Plebani. eod.

c. Item ordinamus. 4. De celebr. miss.

quàm missam celebret, vel saltem semel in septimana: alii verò clerici in sacris ordinibus constituti semel in mense saltem debeant, & teneantur de suis peccatis omnibus confiteri; & sæpius si expediet; ac quoties opus fuerit: contrafacientes per eorum ordinarios puniantur.

Idem patr.

Clerici honestè vivant: à facinoribus abstineant: publicè autem concubinas retinentes, & infra mensem non se corrigentes voce capituli, vel ingressu ecclesiæ priuantur. Secundo verò mense non se corrigentes à fructuum beneficiorum perceptione suspendantur, conuertendorum in suarum ecclesiarum vtilitatem. Qui autem tertio adhuc mense perseuerauerint excommunicantur; & beneficijs priuantur.

Cap. VII.

I. *c. Quòd alij quæ. Statuit infra. 2. c. 1. vide.*

ITem constitutionem bonæ memoriæ Dominici prædecessoris nostri duximus moderandam, videlicet. Clerici, siue sint, siue non sint in sacris ordinibus constituti, honestè viuere studeant; & fornicationibus abstineant, & publicè nullatenus nec teneant concubinas. Qui verò concubinas publicè, vel notoriè tenent, vel in futurum, diabolo suadente, tenebunt; postquàm ipsi clerici in synodis, vel aliter generaliter, vel nominatim monitis fuerint de concubinis prædictis vel eorum non tenendis; & ex nunc infra mensem huic nostro præcepto, ac etiam præfatæ monitioni parere contempserint: voce capituli, si fuerint in cathedralibus, siue collegiati ecclesiis beneficiati, ipsi nouerint se priuatos: & si in aliis ecclesiis titulari fuerint, ab ingressu ecclesiæ nouerint se suspensos. Et si in huiusmodi reatu per alium mensem, immediatè sequentem perstiterint, siue in cathedralibus, siue in collegiatis ecclesiis, vel aliis quibuscunque curatis, & non curatis beneficiati fuerint, à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum, quæ obtinent, nouerint se esse suspensos: quos fructus eosdem per ordinarios auferri volumus, & præcipimus; ac per eosdem in vtilitatem ecclesiarum: à quibus ipsi fructus percepti fuerint, volumus fine diminutione aliqua conuerti. Et si prædicti clerici nec sic à tam detestando scelere se emendauerint, post lapsum alterius mensis absque aliqua monitione ipso facto excommunicationis sententiam incurrant; nihilominus ordinarii supradicti, si

prædicti, si eis expedire uidebitur, contra eos ad perpetuam priuationem, & alia iuris remedia procedere non omittant. Si uerò se correxerint, ordinarij prædicti ipsis clericis beneficium absolutionis impendant; uocem in capitulo restituant; prædictam suspensionē remoueant; & ad perceptionem fructuum pro tempore futuro admittant. Volentes prædictam constitutionem ad episcopos uniuersos, in nostra prouincia existentes extendi,

Idem.

Clerici arma non deferant offensionis nisi in itinere pœna ad arbitrium ordinarij.

Cap. VIII.

II. *Vid. c. Mali sup. eo.*

ITem constitutionem editam per prædecessorem nostrum bonæ memoriæ Egidium, quæ incipit Malitijs hominum, &c. propter animarum periculum moderantes; præsenti constitutione ad aliam temporalem pœnam duximus reformādā videlicet. Nullus clericus, a te pe. sona eccleſi ſtica, ſine ſui licentia diœceſani arma offensionis, nisi sint in itinere constituti, extra ciuitatem, sub pœna a diœcesano imponenda, & auferenda, aliqualiter deferre præsumat.

Ex conc. Lamberti Episc. Cast.

Clericis prohibentur omnes mulieres in quibuscunque domibus; nisi sit mater, aut consanguineæ usque ad quartum graduum, uel quinquaginta annorum, & de qua nulla haberi possit suspitio, pœna excommunicationis, & pecuniaria.

Cap. IX.

Vide c. seeli dum huius.

QVoniam clericorum; & infra. Hæc salubri constitutione sanximus, ut nullus clericus, cuiuscunque conditionis, & status exiſtat noſtræ ſubiectus iuriſdictioni, quocunque quæſito colore, tenere debeat mulierem secum in domibus propriis, conductitijs, uel ecclesiæ; nisi sint mater, aut soror, neptis, seu consanguinea eidem clerico quarto gradu consanguinitatis coniuncta: uel nisi sit adeò senex, quòd nulla possit similtra inde oriri opinio, uidelicet quinquaginta annorum, uel ultra. Nec etiam extra domos prædictas aliquis de prædictis mulierem aliquam suspectam tenere audeat, monēres omnes, & singulos. Et infra. Si quis autem hoc adimplere neglexe-

rit: uel de cætero mulierem aliquam superius prohibitam ad habitandum tenere præsumpserit: in eumdem præsenti constitutione excommunicationis sententiam promulgamus. Et infra. Si quis huius nostræ constitutionis temerarius uiolator extiterit; quinque solidorum etiam mulctam grossorum incurrat; quorum duos habeat unusquisque, qui nobis, uel vicario nostro eum uiolatorem detulerit; si delationem ueram apparuerit esse; reliquis tribus ecclesiæ, cuius est clericus contrafaciens, applicandis, & in ipsius utilitatem conuertendis.

Ex eodem conc.

Prohibitiones, & pœnæ in clericos arma deferentes offensionis, & defensionis. Cap. X.

Vide c. Malitiæ sup. eo.

LIcet concilij, & c. & infra. Statuimus; ne quis de cætero clericus arma portare debeat, nisi secundum quòd Egidij, & Thomæ constitutione cauetur. Si quis autem temerarius uiolator extiterit quinque librarum si cultellum, decem si ensem, uigintiquinque, si stoccum, decem, si loricam cerbelariam, seu aliqua alia ornamenta huiusmodi, uel aliquam aliam armaturam offensionis, uel defensionis detulerit, pœnam incurrat. Et infra. Quam quidem pœnam sic diuidi uolumus; ut uidelicet medietas gtuardianis de hoc te, qui inuenerint clericos eum armis prædictis; & alia medietas ad opus fabricæ ecclesiæ propriæ applicetur.

Ex synodo Bartholomei episc. cast.

Prohibetur clericis arma deferre, & quomodo, & pœna. Cap. XI.

Vide cap. Malitiæ.

OMnes clericos, qui de die, uel de nocte fuerint inuenti cum armis; nisi ab episcopo, uel eius vicario, eo absente, licētia sup hoc obtinuerint; aut sint in itinere constituti: illis pœnis, & pecuniis, seu pecuniarijs pœnis subiacemus, quibus laici in similibus sūt subiecti. Illos etiam, qui a custodibus communis inuenti, pecunia data se rediment, ne in notitiam episcopi rediganter; duplicatę pœnæ, quā pro talibus armis fuisset, fuissent, mulctatione punimus.

Ex

Ex eodem Conc.

Nullus exerceat, doceatve, aut docentes, & exercentes consulat, aut domum introducat, maleficias artes: neque per se, aut per alium rebus sacris abutatur pœna excommunicationis. Cap. XII.

PRohibemus, ne quis sortilegium, & magicam artem, diuinationis, incantationis prohibitæ, seu maleficij genus exercere, uel docere præsumat; seu talia docentes, uel exercentes consulat; uel in domos suas causa huius introducat: aut res sacras ad malum usum, aut alium, quàm ad quem institutæ sunt, per se, uel per alium accipiat, uel conuertat: alioquin omnes, & singulos supradictos excōmunicationis uinculo innodamus.

C. Insuper excommunicamus. item Statuimus 4. ad hæc eo. C. Licētiatus 2 de cel. hebm. sac. Licētiatum 1. Insuper excōmunicamus multos eo.

Ex conc. Angeli episc. cast.

Clerici habitum, & tonsuram ordini conuenientem deferant, & honestè se habeant in actibus suis; alioquin ut in hoc cap. condemnentur. Cap. XIIII.

I.

C. Quoniā. item Statuimus de habitu clc. Vide c. clerici omnes. de habitu cler.

AD reprimendam; & infra. Statuimus insuper, quòd quicunque clericus nostræ diœcesis in sacris ordinibus constitutus, uel personatum, uel dignitatem obtinens, in ea non portauerit habitum, & tonsuram eorum ordini conuenientem; uel le non habuerit honestè in actibus suis: in decem libras paruorum pro qus liber uice nostræ cameræ condemnetur: & eō ipso quō in quolibet prædictorum excellerint, ipsos in dicta summa intelligimus condemnatos.

Ex eodem Conc.

Clerici, laici, & mulieres suspecta, simul nō habitēt indecēter, maximè in domibus ecclesiarū, ac monasteriorū: permittātur aut consanguineæ, quinquagenariæ, ac aliæ nō suspectæ cum licētia ordinarij pœnis. &c. Cap. XIIII.

II.

Vide c. primum huius.

AD reprimendam; & infra. Præsenti constitutione firmamus, quòd clerici, maximè in sacris ordinibus constituti, laici, & mulie-

mulieres in claustris,cellis,& locis, Dei,ministris ecclesiarum,ac monasteriorum deputatis,non cohabitent indecenter. Qui,cùm ut plurimùm propter paupertatem,& tenuitarem beneficiorum famulos tenere non possint, si decenter,cum parentibus,aut sororibus, amitis,uel cum aliis personis,quas sacri canones concedunt; inter quas naturale fœdus non permittit sæui criminis suspicari: morari uolunt; uel illas secum honestè tenere: præcaueant sibi sub quouis quæsito colore,& pro seruitiis eorumdem cum illis etiam,uel secũ mulierem tenere suspectam,uel aliam sibi non attinentem;nisi fuerit mulier bonæ uitæ, & conuersationis honestæ, quæ suæ uitæ annum quinquagesimum iam peregerit. Super quibus omnibus, ne fraus aliqua committatur; prius uolumus a nobis, uel uicario nostro licentiam postulari, & consideratis conditionibus personarum, si nobis,uel uicario nostro uidebitur,sine difficultate aliqua concedetur,si fuerit concedenda: aut negabitur, si fuerit neganda. Contrarium uerò facientes in aliquo præmissorum,pro qualibet muliere prædictarum, quam secum in prædictis domibus habuerint, uel eidem, seu eisdem cohabitauerint, prædicta licentia non obtenta, in libris uigintiquinque pariuorum ex nunc nostræ cameræ condemnamus: & nihilominus grauius etiam puniantur.

Ex constitutionibus Angeli Corario.

Clerici perpetrantes incestum cum sanctimonialibus uarijs pœnis plectuntur;& similiter sanctimoniales ipsæ. Cap. XV.

ANgelus Dei,& apostolicæ sedis gratia, &c. Volumus, & hac nostra constitutione ordinamus, quòd quicunque clericus, cuiuscunque conditionis, ordinis,seu dignitatis existat,commiserit incestum uiolenter cum aliqua sanctimoniali; sit perpetuo carceri ipso facto condemnatus; & cum compedibus ferreis per sex annos. Quòd si uoluntariè, absque uiolentia ulla ipsam habuerit; sit ipso facto condemnatus carceri per sex annos; & cum compedibus ferreis per tres annos: & nihilominus reseruamus maiorem pœnam inferendam iuxta casus qualitatem. Ipsa uerò sanctimonialis, quæ uoluntariè, & sine ulla uiolentia incestuosa fuerit, sit ipso facto condemnata carceri per tres annos cum compedibus ferreis. Quæ uerò uicta fuerit per uiolentiam: & tamen consenserit;

eiz;iuxta casus qualitatem puniatur. Super quibus reseruamus maiorem pœnam inferendam iuxta qualitatem casus.

Ex conc.D.Marci Lando.

Clerici tabernas bibendi causa non ingrediantur; neque inhonestum ludum exerceant, pœna carceris. Cap. XVI.

Vide n. 1 de habi. cler.

ITem,quòd aliquis clericus, siue aliqua ecclesiastica persona castellanæ diœcesis non audeat publicè,uel occultè intrare tabernas causa bibendi; nec ludere ad aliquem ludum inhonestum, sub pœna carceris, & alterius pœnæ ad libitum nostrum.

Ex eodem conc.

Clerici concubinarij mouentur pœna priuationis beneficiorum. Cap. XVII.

QVòd aliquis in sacris,aut minoribus cõstitutus, siue titulatus, siue beneficiatus in diœcesi castellana,in domo suæ habitationis, aut alibi ad suam petitionem non audeat tenere aliquam mulierem focariam,aut concubinam,siue de fornicatione suspectã: monentes omnes, & singulos supradictos,in præsentia tenentes aliquam concubinam,aut aliam mulierem de adulterio,aut fornicatione suspectam; quatenus infra terminum quindecim dierum proximè futurorum, trina monitione præmissorum, & à die publicationis præsentis connumerandorum,debeat dictas concubinas,& mulieres suspectas dimittere, sub pœna priuationis suorum beneficiorum; quam incurrant ipso facto; & alterius pœnæ eis inferendæ ad arbitrium nostrum.

Ex eodem conc.

I.

Contra utentes sacramentis ad alium actum, etiam pium, præter eum, ad quem sunt instituta. Festa præterea, & reprædictationes prohibentur laicis, & ecclesiasticis personis in locis sacris; & transgredientium pœnæ. Cap. XVIII.

e ità statuimus. decernimus, prohibemus, insuper exhortamur, hortamur.

ITem statuimus;quòd aliquis sacerdos,aut beneficiatus in diœcesi castellana non audeat dare aliqua sacramenta, nisi ad actum;

ad quem institutæ sunt; licet hi ad pium actum sub pœna unius ducati, applicandi curiæ episcopali, & sub pœna carceris.

Item statuimus, quòd de cætero nulla persona tam ecclesiastica, quàm secularis audeat facere aliqua festa, aut aliquas repræsentationes festorum in ecclesia, nel in locis sacris; nec fiat aliqua mutatio vestium cum barbis, aut capellariis.

Clerici autem nullibi possint incedere absque licentia nostra. Laici contrafacientes incurrant pœnam excommunicationis; clerici verò incurrant pœnam librarum decem applicandarum curiæ episcopali.

Ex Syn. Francisci episc. Cast.

Clericis in solemnitatibus missarum nouarum, & aliis prohibentur ludi, chorea, cantus pœna suspensionis, & pecuniaria. Cap. XIX.

Item prohibemus, &c.

DEcernimus, & statuimus, quòd omnes clerici missam nouam cantantes, solemniaque festa celebrantes, ne talibus solemnibus festis, siue alibi quomodocunque, & qualitercunque, debeant ludere ad aliquem ludum, choreizare, seu etiam cantare, siue ad taxillos, cartas, atque rabellas ludere: & quòd talia exercentes debeant interdici, & suspendi à missarum celebratione per menses sex: & eas soluere teneantur libras quinque parnorum. Sed ille, qui missam cantauit; & huiusmodi solatia in domo sua fieri passus fuerit, debeat suspendi à missæ celebratione per annum continuum, nec parnorum à die primo missæ; nec non soluere debeat libras decem parnorum; intelligendo, quòd omnes pœnæ pecuniariæ, in supradictis casibus impositæ, & annotatæ, debeant diuidi per hunc modum, videlicet; media pars sit accusatoris; & alia media pars sit curiæ episcopalis; & qui accusauerit, secretus teneatur.

Ex const. D. Laurentij Iust. patriarch.

Clericis prohibetur laicorum conuersatione ut, rationibus, & grauioribus pœnis. Cap. XX.

c. Vniuersis Syn. 3.

IN decretis legitur, & à sanctis patribus informamur; quòd antiquitus centum laicos semper clericis fuisse, & esse infestos; ita ut am-

mmodò in proueritum deductum sit. Sed, cùm de nagis colendum est; iam experientia rerum eo nium magistra docet; unæ clericorum homines seculares quali à natura exi bat ones dari: detestantures; ab his reprehendi, & corrigi, quorum e am in nullo distinctam ab ipsimet secularibus iudicent: quòd ex eisdem permaxim. & nosciur ex conuersatione continua, quam ipsi clerici cum secularibus habent. Nam ipsi clerici ea non aduertentes, quotidie magis existimatione uitæ suæ deprimuntur, & subuertuntur, cùm ita conuersationi ipsorum hæreant, ut nix cum alio conuersari discernantur.

Quapropter statuimus, & ordinamus, ut in omnibus casibus contentos, tam in constitutionibus nostris, quàm prædecessorum nostrorum, quicunque reperti fuerint culpabiles, aut transgressores sociati cum laicis, quòd in triplo condemnentur; quàm si sol, uel cum clerico sociati inuehrentur. Et uolumus, quòd inter sibiliter pœna exigatur, si fuerit pecuniaria: si verò carceris, nullo pacto secum dispensari possit, quin in carceribus publicis maneant per totum terminum a constitutionibus statutum.

Ex eisdem constit.

Clerici in cymbis cum laicis per canalia non discurrant, aliquid inhonestum per agentes: nec in non exeant cum eo, aut psalmodiant: & deambulantes maximè in foro D. Marci, & D. Pauli caueant ab omnibus inhonestis uerbis, in mulieres præsertim, pœna pecuniaria, & carceris. Caueant à super ab illicitis ludis, choreis, & inhonestis, & alijs clericatu indignis pœnis ut in cap. Et in multas clericorum, qui cum aliis deliquerint, & denuntiauerint. Cap. XXI.

CVmque multorum querela abhominabili fuerit ad aures nostras sæpius deductum; quòd nonnulli clerici diffoli, & lasciuiæ dediti non uerentur, omni timore Dei proiecto, ac sui status reuerentia, & honore negletis, publicè cum barchis felzatis, & non felzatis cum laicis per canalia Venetiarum procari, & iuxta, aut gare, dumare, diuosque actus abhominabiles facere; atque uerba inhonestissima maledicta per eum incedentibus dicere, &, ut vulgò dicitur, motteggiare, quòd in maximum abhominationem scelerum: statuimus, & ordinamus; quòd si quis clericus nitus fuerit in barca cum aliquo seculari procari, & quid inhonestum facere; siue etiam de no-

cte cantando, aut psittando, aut diem tr, mattinas as facere, aut etiã per viam ambulando, & quam maxime in foro Sancti Marci, & S. Pauli verba inhonesta iactare, & dicere, eo ipso, quòd usus fuerit, & D. episcopo denunciatus cum uetitare huiusmodi inhonestates prædictas, transgrediatur pœnam librarum quinque paruorum, applicandam ipso medietate accusatori, qui ipsum denunciauerit, & pro alia medietate ecclesiæ, in qua fecerit, seu beneficiatus fuerit. Et si secundo, aut pluries, conuictus fuerit talia facere, ultra pœnam prædictam incurrat in pœnam carceris per dies quindecim. Quam pœnam si uoluerit episcopus commutare, necessario habeat in commutatione petere, & obtinere capitulum sui assensum ut supra. Insuper ordinamus; quòd si dicti clerici immiscuerint, se lasciuis, uel ludis illicitis, uel choreis, uel locis inhonestis; uel ad aucupandum cum arcu aues marinas perexerint; aut alias res, uel actus indignos clericali personæ perpetrauerint maximè cum laicis, per totum mensem communi beneficium, siue portionem sui tituli ecclesiastici ipso iure perdant; & nihilominus ipsi ecclesiæ deserire teneantur. Quod si deseruire noluerint, nouus clericus tam per D. episcopum, quàm per plebanum, possit procedi ad præsentationem, si reperti fuerint inobedientes. Et his non obstantibus, pœnis triplicatis, tuxta superius dicta, multetur. In omnibus prædictis ordinamus; quòd infra triduum ut denunciatus, uel scientes clericos inhonestè conuersari, teneantur dictam clericorum inhonestatem episcopo, uel eius vicario denunciare; & habeant de bonis clerici denuntiati libras tres paruorum; & retinantur secreti. Et si plures una familia, & eisem, qui hucc constitutioni contrafecerint; ille, qui denunciauerit, habeat dictas libras, & pro ea rice à quibuscunque pœna sit liber, si in ipsa societate fuisset; dummodò in posterum caueat de cætero, & se corrigere.

Ex synodo eiusdem patriar.

Clerici beneficiati ad aliam diœcesim se transferentes fraudulenter, etiã absente aliquo ex eui beneficio, & ordines ibidem suscipientes, non admittantur ad exercendos ordines nisi infra biennium examinati, & Beneficium in fraudem obtentum, quomodo intelligatur. Cap. XXII.

C. 1. & 2. de cleric. peregrin. Item statuimus. eod.

VT malitiis occurratur; & ne inhonestas, aut ignorantia sibi subripiat, quòd à iure improbatur; statuimus; quòd si quis existens titulatus in nostra diœcesi cupiens promoueri ad ordines, sed timens, ne ex defectu ignorantiæ, uel ex alio admittatur, ad alias diœcesim, uel ecclesiam nobis non subiectam transferit, uel beneficium nullius præiij in fraudem extra diœcesim nostram acceptauerit, ut medijs his, uel aliquo illorum nullo consequi ordines: quòd si infra biennium redierit ad diœcesim nostram, ut ordinem sic susceptum exercere possit; nullatenus admittatur sine nostra licentia, uel Vicarij nostri ita tamen, quòd iterum examinetur; & si repertus fuerit idoneus, admittatur; aliter expellatur. Declarantes, quòd eò ipso, quòd beneficium tenuit reddituus acceptauerit, intelligatur in fraudem illud acceptalle & sic per consequens non admittatur, nisi vt supra.

Ex constitut. Andreæ Dondimerio Patr.

Clerici secularibus negotijs non se immisceant, nec tabernas intrent, aliaue loca inhonesta mulierum. Prohibentur, in nouis missis præsertim, choreas, ludi taxillorum, cartarum, & bibere in ecclesijs, & comedere, &c. Cap. XXIII.

ITem prohibemus sub interminatione anathematis; ne aliquis clericus cuiuscunque status secularibus negotijs se immisceat, sibi non decentibus,

c. 1 & statuimus. eod.

Item prohibemus omnibus clericis, ne audeat intrare tabernas, aut loca inhonesta, siue prostibula mulierũ sub pœna carceris, aut alia ad libitum nostrum. Prohibemus præterea fieri in celebrationibus nouarum missarum, aut euangeliorum choreas, siue rapudia. Similiter prohibemus ludum taxillorum, & cartarum sub pœna vnius ducati, & ampliori, prout nobis visum fuerit. Nec comedant, aut bibant in ecclesia.

Vide c. 2. & prohibemus. De vita & honest. cler. c. Decernimus. eod.

Ex eisdem Const.

Clerici concubinas, aut suspectas mulieres non teneant pœnis, &c. Quæ mulier suspecta. Similiter arma non deferant clerici. Cap. XXIIII.

STatuimus præterea, quòd nullus clericus cuiuscunque status, aut conditionis sit, audeat tenere concubinam, aut focariam, vel aliam

Vide capitulum primũ huius.

aliam mulierem de incontinentia suspectam sub pœna priuationis beneficiorum, quæ obtinent; & quæ in futurum adipiscentur: & si beneficiati non fuerint, incurrant pœnam standi per menſem in carceribus; & grauius, si nobis videbitur, puniantur. Et quia posset dubitari, quæ mulier dicatur suspecta; hoc relinquimus arbitrio nostro, inspecta ætate ipsius: Et quia Ambrosius dicit, quòd lachrimæ, & orationes sunt arma clericorum; prohibemus omnibus clericis deferre arma sub pœna amissionis armorum, & librarum trium pro quolibet vice: nisi iusta causa per nos permissi fuerint ad defensionem, & non offensionem.

Vide c. Statuimus. sup. eo.

Ex eisdem Const.

Plebani, & alij titulati accepta possessione secundorum beneficiorum nihil de prioribus percipiant. Excipiuntur mansionarij. Cap. XXV.

IVri communi inhærentes, ordinamus; quòd plebani, & cæteri titulati, si contingat eos trasferri ad alias ecclesias, dimissis prioribus, & adepta possessione secundorum beneficiorum, nihil percipiant de prioribus, siue sint oblationes, siue decimæ, siue impositiones, uel alij certi redditus. Saluo iure mansionariorum; cum illa non sint beneficia propriè, sed potius locatio operarum.

Ex eisdem Const.

Clerici in eadem ordinati in aliena diœcesi non admittantur ad exercenda ordines, nisi prius examinati: qui verò furtiuè ordinantur pœna suspensionis, & cæteris plectuntur. Cap. XXVI.

Statut mali obiect.

ITem quia multi clerici propter eorum mores, aut ignorantiam non ualentes à nobis ordinari, fingunt uelle se orari cum aliquibus prælatis, uel in alienis diœcesibus: & nihilominus postquàm ordinati sunt immediatè recedunt: statuimus ergo; quòd non admittantur ad exercitium ordinum sic susceptorum; etiam si infra biennium redierint, nisi prius idonei reperti, & de nostra licentia examinati: & tunc sint suspensi ad libitum nostrum. Statuimus vlterius; vt si quis furtiuè, id est nobis inscijs, ordinatus fuerit, sit suspensus per biennium ab ordinibus sic susceptis, & nihilominus pœna carceris per duos menses, & alia grauiori, si nobis videbitur, puniatur.

Ex eis-

Ex eisdem Const.

Nullus laicus, uel clericus suis diuinis ministerijs, aut eorum ingrediatur, aut frequentet, pœnas &c. Cap. XXVII.

MOnemus suaviter omnes tam clericos, quàm laicos, ac etiam religiosos sub interminatione maledictionis æternæ, ne audeant ingredi monasteria sanctimonialium; nec illa etiam frequentare. Si quis autem contrafecerit sit excommunicatus. Et subsimili pœna prohibemus laicis, ne ingrediantur partem chori, vbi cõueniunt moniales ad dicendum officia. Clericis verò sub pœna etiam carceris idem prohibemus.

c. Statuimus eodem, & c. cessi, mul. simil.

Ex eisdem Const.

Forenses à plebanis, uel ab alijs ad diuina non admittantur, nisi habita licentia ordinarij. Cap. XXVIII.

STatuimus vlterius; vt nec plebanus, uel quiuis alius audeant alicui presbyterum forensem ad diuina accipere in eorum ecclesijs nisi cum literis commendatorijs suorum prælatorum, & nostra licentia inserptis; sub pœna ducatorum duorum, à quolibet contrafaciente ex mandato nostro auferendorum.

c. Statuimus eodem.

Ex eisdem Const.

Coniuges se separantes ab'que iudicio, uel licentia ecclesiastica excommunicentur; & inhabiles reddantur ad ecclesiastica sacramenta, pœna Sacerdotibus adhibita administrantibus. Cap. XXIX.

STatuimus; vt nullus coniugum ab altero discedat sub excommunicationis pœna; nisi fuerint iudicio ecclesiastico separati, aut de licentia nostra. Et prohibemus plebanis, & alijs sacerdotibus ralibus administrare ecclesiastica sacramenta, sub pœna suspensionis collationis sacramentorum, & vnius ducati pro qualibet vice.

III.

Ex eis-

Ex eisdem const.

Excommunicantur malefici, abstentes Sacris, maleficiaque exercentes: prohibentur maleficæ artes, docentesque eas excommunicantur.
Cap. XXX.

Vide statu. 2. de cle. debr. mal. Prohibet. omn. illi. fi. tiones. c. 1. & hic c. 10.

INsuper excommunicamus omnes sacrilegos, & maleficos, & abutentes ecclesiasticis sacramentis, ac facientes fieri prædicta maleficia, siue herbarias. Prohibemus etiam magicam artem, diuinationis, & incantationis sub excommunicationis pœna. Et sub simili prohibemus pœna, ne quis doceat, vel instituat talia exerceri.

Ex Const. Antonij Contareno Pat. Vene.

In blasphemantes clericos pœna. *Cap. XXXI.*

IMplorato diuino suffragio, in primis statuimus, quòd non sit aliquis clericus, cuiuscunque gradus, & conditionis existat, qui cõtra omnipotentem Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maximè matrem virginem Mariam linguâ quoquomodo blasphemando, vel maledicendo relaxare, aut in alterius corpus, & sanguinem turpia, & inania verba proferre præsumat, sub pœna lib. 20. & standi in carceribus per mensem unum: quas pœnas irremissibiliter ipso facto, toties quoties huic nostræ sanctioni erit contrafactum, contrafacientes incurrant. Cuius quidem pecuniariæ pœnæ medietas sit accusatoris, id legitimè probaotis: qui secretus teneatur: & altera medietas inter hospitale D. nostri Iesu Christi, & hospitale pietatis diuidatur: vel aliter, vt nobis æquitas suadebit.

Ex eisdem Const.

Ecclesiarum prælati, & capellani non permittant aliquem non ordinatum de licentia ordinarij celebrare, nisi ipsius ordinarij inspecta licentia, pœna vnius ducati. Eandem pœnam incurrant, si aliquem admiserint non insignitum charactere clericali ad officia in ipsorum ecclesijs.
Cap. XXXII.

II. *Statuimus. 2. eod.*

ITem statuimus, quòd nullus plebanus, vel rector, aut alicuius monasterij monialium capellanus aliquem sacerdotē sæculārem, vel regularem

regularem in monasterio suo non residentem, qui non fuerit in hac nostra diœcesi, & de licētia nostra ordinatus, missam in ecclesia, vel capella sua celebrare permittat; qui non prius nobis, uel vicario nostro bullas suorum ordinum, & literas suorum prælatorum cõmendatitias, seu testimonialis ostēderit, & à nobis licentiā in scriptis habuerit in hac ciuitate, & diœcesi nostra celebrandi, sub pœna vnius ducati: quam quilibet præfatorum, toties quoties contrafecerit, incurrat; & pœna diuidatur vt supra. Declarantes, vt eandē pœnam incurrat, si quis plebanus, aut rector sine expressa licentia aliquē non insignitū charactere clericali, & in habitu clericali incedentem, pro clerico in ecclesia sua ad officia diuina admittere præsumpserit; quę pœna etiam vt supra diuidatur.

Ex eisdem const.

Clerici non riventur, maximè in ecclesia; neque in aliquem contumeliosa proferant verba: pœna e orum qui citra sanguinis effusionem in loco sacro ad verbera deueniunt. *Cap. XXXIII.*

III.

ITem statuimus, & inuiolabiliter obseruari mandamus; quòd nullus clericus, cuiuscũque ordinis, gradus, & conditionis existat, audeat cum aliquo, & maximè in ecclesia quoquo modo tixa-riuel in aliquē contumeliosa verba proferre, sub pœna vnius ducati; quā contrafacientes toties, quoties contrafecerint, ipso facto incurrant. Declarantes, q. si quis in ecclesia, vel loco sacro, citra tamē sanguinis effusionem, cum aliquo ad verbera deuenerit, vltra pœnas à sacris canonibus statutas, pœnam lib. 50. toties quoties similiter contrafecerit, eo ipso irremissibiliter incurrat, quę pœnæ diuidatur vt supra.

Ex eisdem const.

Clerici magicam artem exercentes sacrilegi, sortilegi perpetuo exilio, priuatione beneficiorum et carcere per annum puniantur. Hæ pœnas quando incurrant. Frangentes autem eo fixla quomodo illidem puniantur. *Cap. XXXIIII.*

IIII. *Vide c. prohibemus. eod.*

ITem statuimus, & inuiolabiliter obseruari mandamus, q. nullus clericus, cuiuscunq; ordinis gradus, & cõditionis existat, præsumat artē magicā in hac ciuitate, & diœcesi nra exercere, sub pœna perpetui exilij ab eisdē ciuitate, & diœcesi, & priuationis, quorumcunque beneficiorum suorum, & standi in carceribus, per annum clausus:

quas pœnas eo ipso, quòd de prædictis accusatus, fuerit confessus, uel legitimè conuinctus, incurrat : & alias etiam sacrorum canonum pœnas talis culpabilis repertus non euadat. Et, si talis, durante bonno, confinia fregerit ; & in ciuitate, & diœcesi nostra captus fuerit ; cædat ad pœnam librarum centum, & standi in carceribus per annum ; & bannum incipiat ; nec de carceribus relaxetur donec foluerit: & pœna pecuniaria diuidatur, ut supra. Quas pœnas etiam incurrant fortulegi, incantatores, & similes.

Ex eisdem constitut.

Clerici secularibus negotiis non se immisceant, inhonestis, infamibus, & iure prohibitis maximè, pœna pecuniaria, & carceris. Incorrigibiles per annum à ciuitate, & diœcesi exulent. Minores uerò clerici, qui per dies quindecim prædictis se immiscuerint, careant beneficio de fensionis ecclesiasticis fori. Cap. XXXV.

V. ITem statuimus, ne clerici in sacris ordinibus constituti seculari bus negotiis se immisceant, & maximè inhonestis ; uidelicet, ne ioculatores, gladiatores, aut buffones fiant ; neve macellarij, taberna-tti, seu furandarij officium exerceant ; aut infamibus, & à iure prohibitis exercitiis utantur, sub pœna librarum quinquaginta, & standi in carceribus per mensem, & ultra ad beneplacitum nostrum : quas pœnas eo ipso, quòd quis denuntiatus fuerit ; & pro tali legitimè cõuictus fuerit, uel confessus, qualiber uice irremissibiliter incurrille intelligatur : & è carceribus talis non relaxetur, nisi pœna suprasscta, & aliis, quæ uenient persoluenda, solutis ; quæ pecuniaria pœna, ut supra diuidatur. Et si erit incorrigibilis, ab hac ciuitate, & diœcesi nostra ultra supradictas pœnas per annum bannatur. Et qui in minoribus ordinibus constituti enormibus, & aliis à iure prohibitis exercitiis per quindecim dies se immiscuerint, quorum eis ex nunc quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac canonica monitione assignamus, eo ipso sint & esse intelligantur exuti omni commodo defensionis a foro nostro, tanquàm ab ecclesia obtinendo.

Ex eisdem constit.

Clerici tabernas, & alia publica inhonesta loca non ingrediantur causa comedendi, uel inhonesti alicuius operis faciendi : forenses autem in publicis hospitijs permittuntur comedere tantùm, & dormire. Cap. XXXVI.

VI. ITem statuimus, ut nullus clericus tabernas seu furatulas, ut uulgò dicitur, uel aliqua alia lustorum, seu meretricum inhonesta loca intret, gratia comedendi, bibendi, ludendi, uel aliquod aliud inhonestum opus faciendi ; nisi subsistente carentia propriæ domus in ciuitate, ut sunt forenses ; quibus comedendi, bibendi, & dormiendi duntaxat in tabernis, uel hospitijs publicis id permissum intelligatur ; sub pœna librarum quinque ; quam contrafacientes, toties, quoties contrafecerint, incurrãt ; quæ pœna diuidatur ut supra : & incorrigibilis carceretur per mensem.

Vide c. 1. de prohibenda de hab. cle.

Ex eisdem constit.

Clerici absque licentia in scriptis arma non deferant die pœna lib. decem nostri uerò standi etiam in carceribus, & amissionis armorum in utroque casu. Euaginantes uerò arma in clericum, uel in laicum pecuniaria pœna, carceris, & amissionis armorum puniantur : officiales ordinarij qui intelligantur esse. Cap. XXXVII.

VII. ITem statuimus ; quòd non sit aliquis clericus cuiusuis ordinis, gradus, & conditionis existat, qui præsumat die, uel nocte arma cuiuscunque generis existant, portare, nisi de expressa licentia nostra in scriptis obtenta. Si quis uerò de die, & utique ad sonũ secundæ campanæ inuentus fuerit cum armis, pœnam librarum decem, qui autem de nocte prædictam pœnam, & standi in carceribus per mensem incurrat ; & utroque casu arma perdat. Et qui in clericum arma euaginauerit librarum quinquaginta ; & qui in laicum viginti quinque ; & utroque casu standi in carceribus per duos menses ipso facto pœnam incurrat ; & arma perdat ; quæ sint capellæ crucifixi patriarchalis ecclesiæ, & pecuniariæ pœnæ diuidatur ut supra. Et officiales nostri hoc casu intelligantur capitanei palatij sancti Marci, Litor, & nouili à nobis facultatem habentes tales detinendi, arma capiendi, & nostro nomine eos incarcerandi : & carcerati non relaxentur nisi pœna soluta cum aliis soluendis.

Vide c. mali tiis sup. eod.

Cæ præsentis eod.

Ex eisdem constit.

Clerici non solicitent, non allo quantur moniales; neq; ipsarum frequentent monasteria; nisi sint amicæ, matres, aut neptes. Et in sanctimoniales apostatantes, atque eas domi recipientes innouatio cõstitutionis legati apostolici. Cap. XXXVIII.

VIII. *C. monemus eod.*

ITem statuimus, & inuiolabiter obseruari mãdamus; quòd nõ sit aliquis clericus, cuiuscunque gradus, & conditionis existat, qui audeat aliquam sanctimonialem solicitare; uel collocutionẽ monialium in ecclesiis, uel parlatorius earũdẽ aut alibi frequentare: exceptis amitis, sororibus, & neptib. duntaxat; aut sanctimonialẽ aliquã cantum, vel sonũ aliquem docere sub pœna librarũ 50. & aliter etiã arbitrio nostro puniendus. & pœna ipsa diuidatur vt supra. Reducimus etiam ad omniũ memoriã cõstitutionem bonæ memoriæ Reu. D. Nicolai Franco epis. Tarutini, in his partibus tunc cũ potestate legati de latere apostolici nunci; contra moniales extra monasteria sua existentes; siue eas in domibus suis receptantes, & apostatas; quã quidem constitutionem in omnibus, & per omnia executioni demãdari, atq; inuiolabiliter etiam obseruari decernimus.

Ex eiusdem constit.

Clerici non sint lusores taxillorum, cartarum & alearum; nec ludentibus domum commodent, pœna ut in capitulo. Cap. XXXIX.

IX. *C. de ... de ...*

ITem statuimus; quòd non sit aliquis clericus, qui ad aleas, uel taxillos, aut cartas ludat, seu luforibus domũ suam commodet sub pœna librarum x. pro qualibet vice; & pœna diuidatur vt supra. Et qui ultra duas vices condemnatus fuerit pœnam lib. L. vt supra diuidendam, incurrat; & etiam aliter arbitrio nostro puniendus.

Ex eisdem constit.

Clerici suspectas mulieres secum domi non habeant, neque extra ad ipsorum requisitionem, & pœna. Cap. XL.

X. ITem statuimus, quòd non sit aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus, cuiuscunque gradus, status, & conditionis existat, & etiam

etiam non in sacris, si in hac nostra diœcesi beneficiatus sit; qui præsumat tenere in domo suæ habitationis, uel extra ad requisitionẽ suã aliquam mulierem inhoneste uitæ, uel de incontinentia suspectam, sub pœna lib. 50. modo quo supra diuidenda, & etiam aliter arbitrio nostro puniendus. Et hæc nostra constitutio die decimo post harum notitiã constitutionum publicationẽ ligare incipiat, & toties quoties eidẽ contrafactum fuerit, irremissibiliter cõtra delinquẽtes exequatur, vnà cum aliis pœnis tam à iure communi, quàm a prædecessoribus nostris contra concubinarios statutis.

Ex eisdem constit.

Clerici mimi non sint, neque larventur pœna excommunicationis, amissionis vestimentorum, lib. decem, & standi in carceribus per mensem. Cap. XXXI.

XI. *C. Cumque mul...*

ITem statuimus; quòd nullus clericus se mimum faciat, seu larvari, uel malcherari præsumat, sub pœna excommunicationis, & perditionis vestimentorum ad arbitrium nostrum, & libr. x. irremissibiliter ab inobediente auferendarum, & standi in carceribus per mensem; & quòd ex eis non relaxetur donec penam soluerit: & etiã aliter a arbitrio nostro puniendus: & pœna diuidatur vt supra.

Ex eisdem const.

Clerici nocturni non exeant ad faciendas, vt vulgo dicitur, mattinatas, pœna amissionis instrumentorum libr. xxv. & carceris per mensem. Cap. XLII.

XII. ITẽ statuimus, q; nullus clericus in sacris ordinib. constitutus, uel in hac nostra diœcesi beneficiatus, audeat de cætero de nocte ad faciendũ lũsum (vt vulgo dicitur) mattinatas exire, sub pœna lib. xxv. & perditionis lutorum, & aliorũ quorumcunq; instrumentorum. & standi in carceribus per mensem: & huiusmodi, & alia quæcunq; iniustitiã, cũ quibus repertus fuerit, sint capellæ crucifixi patriarchalis ecclesiæ; & ipsa pecuniaria pœna diuidatur vt supra. Declarantes, q; sæpe accusatores teneantur de secreto in omnib. supradictis caubus.

Prima part. const. patriarchatus Venetiarum finis.

CONSTITVTIONVM ET PRIVILEGIORVM PATRIARCHATVS VENET.

PARS SECVNDA.

DE ELECTIONIBVS PLEBANORVM, atque titulatorum, & de earum confirmatione.

EX SYNODO BEATI LAVRENTII Iustiniano primi Patriarchæ Venet.

Electiones fiant ab habentibus vocem in capitulo, & ibidem congregatis, præuia missa Sp. Sancti, & aliis orationibus. Et quomodo fiant. Et fiant præterea eorum, qui sunt de gremio, & gradatim, & quando, & quomodo. Cap. I.

ea. Statui mus. Elementi. Diligenti. Evi.

ORDINAMVS; quòd quandocunque plebanus, aut alius rector ecclesiæ seu titulatus in aliqua ecclesia obierit, sepulto corpore, omnes in ciuitate residentes ad electionem vocentur; nisi suspensi sint ab homine, aut excõmunicati; & omnes in capitulo congregati, primo missam Spiritus sancti audiant; deinde, hymnum, Veni creator spiritus cantent, aut legant; & tunc, aut per scrutinium, aut compromissum procedant ad electionem; nisi ex longa consuetudine introductum sit, vt per balotas, aut voces publicè prolatas ad electionẽ procedant; quam consuetudinem tolleramus; inhibentes tamen ipsis habentibus vocem in capitulo, ne facultatem habeant eligendi de extra gremium; quo vsque sufficientem in moribus, & in litteratura aliquem de capitulo habeant. Item, ut à nostrum, & decens esse videtur, vt qui maiori ordine ecclesiasticorum, potentibus beneficijs honorentur, ideò ordinamus, atque decernimus, vt gradatim fiant electiones, vt ad diaconalem titulum potius ei gatur subdiaconus, quàm simplex clericus: & sic de similibus; nisi aliqua sufficientia

tia comprobetur, aut diuersitas in moribus propaletur: quia ille tũc dignior est, quem stipendia meritorum extollunt.

Ex constitutionibus synodalibus Reuerendissimi D. Andreæ Bondomiero patriarchæ Venetiarum.

De electionibus beneficiatorum.

Electiones fiant vt cap. præcedente. Absentes electores quot diebus expectandi. Eligendi verò eidem in ordine sint constituti, prout ad titulum sint eligendi; vt presbyter ad presbyteratum; diaconus ad diaconatum: nisi secus fiat ex dispensatione. Et cum de gremio non adsint, eligantur de gremio aliarum ecclesiarum. Cap. II.

STatuimus, & hac in perpetuum valitura constitutione ordinamus; vt mortuo plebano, aut quocunque alio clerico titulato, aut beneficiato in nostra ciuitate, & diœcesi, celebratis prius de more exequijs, omnes de gremio capituli diœcesæ ecclesiæ existentes in sacris, vocentur ad electionem; dummodò fuerint præsentes; & personaliter resideant: absentes verò ab hora mortis defuncti expectentur per xxiiij. horas tantùm: qui celebrata missa Spiritus sancti, & dicto hymno, Veni creator spiritus; statim procedant ad electionem per viam scrutinij, aut per ballotas, vel per viam compromissi, prout Deus inspirauerit. Quòd si secus actum fuerit, ipsa electio viribus non subsistat. Item statuimus; vt nullus eligatur ad titulum presbyteralem, nisi sit in sacerdocio constitutus: & similiter ad diaconatum, nisi sit in ordine diaconali: & simile dicimus de subdiacono: nisi hoc fiat ex dispensatione.

Item statuimus, & ordinamus; vt cùm imineat aliqua electio fieda, semper fiat de gremio capituli ipsius ecclesiæ, & gradatim, videlicet diaconus ad presbyteratum; & subdiaconus ad diaconatum; & sic successiue eligantur; dummodo reperiantur idonei vita, moribus, & ætate aliàs licear de quibuscunque ecclesijs eligere meliorẽ. ea. ordinemus. Sed.

Et constit. Andreæ Bondumerio patriarch.

Domorum optatio quomodò fiat. Cap. III.

Item

ITem, iuxta laudabilem hactenus consuetudinem obseruatam, statuimus; vt cedente, vel decedente, aut aliàs trãslato aliquo de presbyteris titularis, alius maior post ipsum possit domum dimittam infra 20. dierum spatium optare: quòd si facere noluerit; alius, & maior post ipsum, & sic successiuè possit infra dictum terminum. 20. dierum optare: aliàs relinquatur succedenti in dicto primo titulo sic vacante. Et idem ordinamus de domib. quas præfati titulari per se ipsos non possunt, aut inhabitare nolunt; nã tunc carent possint illas domos optare, ac si præfati non habitantes eisdem renuntiassent.

De electionibus Plebanorum.

Electiones plebanorum fiant à parochianis in capitulo legitimè vocatis, ac congregatis; annullatur aute denominatio specialis, quæ per certas, & singulares cedulas fieri cõsueuerat, & ut abusus omnino remoueatur. *Cap. IIII.*

LEO PAPA X.

DIlecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Exposuit nobis dilectus filius Marinus Georgius patricius Venetus pro nobilitate tua, & dilectis filiis dominio Venetiarum ad nos, & sedem apostolicam orator, tuo & dominii huiusmodi nominibus; quòd licet in ciuitate vestra ad parochiales ecclesias, plebanias, seu plebanatus nuncupatas, pro tempore vacantes, personæ mornm honestate, ac prudentia præditæ, & vitæ exemplaritate graues, & probatæ per ipsarum ecclesiarum, seu plebanatuũ parochianos in certo loco ad id deputato specialiter vocatos, & congregatos, præcedentibus legitimis tractatibus nominari, & præsentari consueuerint: tamen ex dictis illis nonnulli, sensim postea, quàm rationi seruientes; non attendentes, quòd in plebanos, seu rectores præfatos eligendum personæ à parochianis cognitæ, fide, & integritate probatæ; quæ mi serabilibus personis, infra metas parochiarum existentibus, eleemosinas à parochianis collectas singulis annis dividunt; antiquum morem huiusmodi omittunt; & consensum à parochianis à certo tempore citra contra antiquum morem prædictum, vt plurimum per cedulas à singulis singulariter subscriptas extorquere nituntur:

tur: quod si permitteretur diutius in dictis ecclesiis cultus diminueretur; deuotio repesceret; & eleemosinæ humiliter oblatæ personis indigentibus, prout fieri solitum est, forsalle non distribuerentur. Quare idem Marinus dictis nominibus, nobis humiliter supplicauit; vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, suprascriptum antiquum, & laudabilem morẽ approbantes, statuimus, & ordinamus. Quòd perpetuis temporibus, occurrente ecclesiarum, seu plebanatuum iuri patronatus huiusmodi vacatione, parochianum illarum patroni consensum præsentando præstare non possint; nisi dum, & quando in loco solito, præcedentibus vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse debent, ac debitis tractatibus, congregati fuerint. Inhibentes omnibus dictis patronis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne alicui consensum extra locum solitum, & non nisi vocatis omnibus, & admissis prælare præmunt. decernentes irritum, & inane quicquid secus super hoc a quoquam attemptari contigerit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anullo piscatoris. Die. IIII. Februarij. M. D. XVII. Pont. Nostri Anno IIII.

A Tergo.

Dilecto filio Nobili viro Leonardo Lauredano Duci Venetiarum.

Bembus.

Confirmatio iurispatronatus parochianorum, & constitutionum super electionibus titulatorum, cum multis ac maximis priuilegijs. *Cap. V.*

CLemens Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram beati Petri sedem, meritis licet imparibus, diuina dispositione vocati, curis anguinum alsidum, & continua meditatione pullamur; vt ea, per quæ maiestas altissimo vlaque collaudetur; cultusque sui gloriosi nominis cũ deuotione con

H seruа-

Elements. Dilecto. 2. Decretal. 2. Ad futurã. vel. c. ordinamus. c. ita. statuimus.

c. Dilecto 1. Datur 2. D. 1. Fil. 2. Ad futurã. 19. III. cor. dixerunt. c. statuimus. eod.

ternatur, & ampliatur, & ministri idonei ad hoc deputentur, solicitè inendamus; ac illa, quæ propterea etiam apostolica auctoritate gesta comperimus, vt firmiora persistant eum. a nobis petitus, apostolici muniminis præsidio solidamus, & alia pro eorum obseruatio ne prouidemus, prout Dacum, & aliarum nobilium personarum, eidem sedi deuotarum, ad hoc tendentia vota exposcunt; & id in domino conspicimus salubriter expedire, sanè pro parte dilectorú filiorum nobilis viri Andreæ Gritti Ducis, & Domin. Venetorum nobis nuper exhibita petitio continebat, dudum forsitan recolendæ memoriæ Leonis Papæ decimo prædecessori nostro pro parte tunc Ducis, & eorundem Dominj Venetorum exposito, quòd licet in ciuitate Venetiarum ad parochiales ecclesias plebanas, seu plebanatus nuncupatas, pro tempore vacantes, personæ morum honestate, & prudentia præditæ ac vitæ exemplaritate graues, & probatæ per ipsarum ecclesiarum seu plebanatuum parochianos, certo loco ad id deputato, specialiter vocatos, & congregatos, & præcedentibus legitimis tractatibus nominari, & præsentari consueuisset: tamen non nulli potius sensui, quàm rationi seruentes, non attendentes, quòd in plebanos seu rectores ecclesiarum huiusmodi eligebantur personæ à parochianis cognitæ, fidæ, & integritate probatæ, quæ miserabilibus personis infra limites parochiarum illarum existentibus eleemosinas, a parochianis collectas, singulis annis distribuebant; antiquum morem huiusmodi omittebant, & contentum a parochianis a certo tempore citra contra antiquum morem prædictum vt plurimum per cedulas a singulis singulariter suscipere, & extorquere nitebantur: quod si permitteretur diutius in dictis ecclesijs diuinus cultus diminueretur, deuotio repesceret, & languescerent, ac eleemosinæ, a parochianis collectæ, virtuti sortiri non distribuerentur: præfatus prædecessor, tunc Ducis, & Dominj precibus eorum supplicationibus inclinatus, statuit, ac mandauit, vt in ecclesijs huiusmodi antiquum & laudabilem modum ac morem approbans, suis in forma breuis litteris statuit, & ordinauit. Quòd ex tunc perpetuis futuris temporibus, occurrente ecclesiarum, seu plebanatuum huiusmodi vacatione, parochiani illarú singuli, & quicumque illorum, etiam præsentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitis tractatibus, congregati forent. Inhibens omnibus patronis prædictis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne alicui consensum extra locum solitum, & non nisi vocatis omnibus, & adunatis, præstare præsumerent: ac decretnens irritum, & inane quicquid super hoc a quoquam attentari contigeret, prout in eisdem litteris dicitur plenius continetur. Cùm autem, sicut eadem petitio subiungebat; in dicta ciuitate, seu illius collegiatis; ac huiusmodi parochialibus ecclesijs sint diuersa beneficia ecclesiastica præsbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia nuncupata; ad electionem capitulorum, & collegiorum earundem ecclesiarum, & confirmationem pro tempore existentis Patriarchę Venetiarum spectantia & ad illa dum pro tempore vacant, tam iuxta constitutiones Patriarchales Venetiarum, quàm etiam per bonæ memoriæ Laurentium Iustinianum & Andream Bondimerium desuper editas, & per alios Patriarchas Venetiarum reformatas, & a tunc procuratoribus cleri Venetiarum approbatas, & confirmatas, nec non de consuetudine hactenus vt plurimú obseruatas, personæ idoneæ, de gremio ipsarum ecclesiarum, si vita, moribus, & ætate idoneæ reperiantur, alias de quibuscunque aliis ecclesijs ciuitatis Venetiarú, gradatim, videlicet diaconus ad præsbyteratum, & subdiaconus ad Diaconatum, nuncupata beneficia huiusmodi per tunc capitula, & collegia prædicta eligi soleant; & sæpius contingat, vt beneficia ipsa licet fructus illorum tenues sint, a personis minus idoneis, quæ neque velint, neque possint eisdem ecclesijs in diuinis deseruire, contra constitutiones Patriarchales huiusmodi a sede apostolica impetrentur, ex quo diuinus cultus, qui obseruatione earundē constitutionum in dictis ecclesijs obseruabatur, & per deferentes illis sub spe retributionis ad Dei laudem, & Christi fidelium deuotionem augetur, detrimentum seu diminutionem sustinere dinoscitur. Et cauſæ propter quas statutum, inhibitio & litteræ prædecessoris huiusmodi pro ecclesijs ciuitatis Venetiarum huiusmodi emanarunt, & dictæ constitutiones Patriarchales editæ fuerunt, etiam in Murano, & Maiurbio, ac Torcello, & Burano Torcellan. ac Mathemauco Clugen. Diœcesium Opidis, seu locis, & dictæ ciuitati circunuicinis, & temporali dictiorū Ducis & Dominj prædictorū subiectis, subsistant, & in illis etiam seruari debeant, maximè cū in illis non nulli minus idonei ad ecclesias parochiales earundem, & beneficia inillis consistentia ad electionem capitulorum, seu collegiorum, ac confirmationem ordinarij loci pertinentia, exquisita, & indirecta via eligi procurent: pro parte Andreæ Ducis, & Dominj

ca. Propter defectum. Nec Marcel. Statutum. 2. Item ordinamus. 2. Item statuimus. 4. De celebra. miſſ. ca. 1. & Me De vita & cr. Dilecto. 2. Dilecto. 2. ad fin. tutam. eod.

prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum ; vt, ne in præfatis ecclesiis adeò frequens diuinorū celebratio diminuatur , & deuotio repescat : sed potius pauperum clericorum in eis seruientium circa diuina exercenda solicitudo , ac bonis effectus crescat : futuro , ordinationi, inhibitioni , & decreto huiusmodi nostræ approbationis robur adnecere ; ac alia in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui diuini, cultus,& deuotionis fidelium conseruationem, & augmentum nostris præsertim temporibus supremis,ac sinceris exoptamus affectibus,tenores dictarum litterarum , & constitutionum Patriarchalium præfatis pro sufficienter expressis habere volentes , huiusmodi supplicationibus inclinati,statutum,ordinationem,inhibitionem,ac decretum & litteras Leonis prædecessoris, nec non singulas constitutiones patriarchales prædictas ex certa nostra scientia auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus , & confirmamus,ac illis perpetuæ firmitatis robur adiicimus,& illa firmiter obseruari debere decernimus. Nec non ad singula de Murano, Maurilio,Torcello,Burano,& Mathemauco loca,& illorum ecclesias , ac singula in illis consistentia beneficia prædicta,ita ad decretos perpetuis futuris temporibus occurrente ecclesiarum locorum eorūdem, & beneficiorum in illis consistentium prædictorum vacatione : parochiani earundem ecclesiarum patroni contensum , nisi dum , & quando ut loco infra,præcedentibus vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse debent,ac debitis tractatibus congregati fuerint,iuxta tenorem litterarum ipsarum præstare non possint;& extra locum solitum,ac non sic vocatis & adunatis, consensum præstare præsumentes excommunicationis late sententiæ pœnam incurrant,nullique ad beneficia,in eisdem ecclesijs consistentia,nisi iuxta patriarchales constitutiones prædictas idonei, de gremio earundem ecclesiarum, & vita moribus & ætate idonei reperti fuerint , alias de quibuscunq; ecclesijs,quadratum, videlicet diaconi,ad presbyteratus, & subdiaconi ad diaconatus nunc[upata beneficia huiusmodi per illorum capitula,seu collegia,aut alios, ad quos pertinet eligi valeat : & quicquid secus attentari contigerit , irritum & inane existat : auctoritate & tenore prædictis extendimus & ampliamus ; supplentes omnes & singulos iuris,& facti defectus; si qui forsan in editione ipsarum constitutionum patriarchalium intercesserint. Et nihilominus pro potiori cautella præmissa omnia & singula etiam pro eccle

siis

siis singulorum locorum prædictorum , quòd qui similiter decreto perpetuis futuris temporibꝰ, occurrente vacatione beneficiorum in ecclesijs eisdem & singulorum locorum huiusmodi, capitula,& collegia earundem ecclesiarum , in quibus beneficia huiusmodi vacare contigerit,vt præferrun ad electionem personarum, modo præmisso,qualitercunq; nunc ad dicta beneficia sic vacantia,& quadratum nuncupata constitutiones prædictas procedere ; ac personas sic per eos electas Patriarchæ,& loci ordinario pro tempore existenti, per eum vel eos confirmandas,seu instituendas,præsentare debeant & teneātur; & electiones ad ipsa forma iuris, & constitutionum patriarchalium non seruata,vel de personis indignis & non idoneis pro tempore factæ,nullius roboris vel momenti existant, Quodq;si dictus Patriarcha pro tempore existens electionem aliquam ad aliquod beneficium huiusmodi pro tempore electi,sub prætextu, quòd in electione ipsa iuris forma,ac constitutionum huiusdam patriarchalium, obseruata non fuerit, vel quòd persona electi indigna & nō idonea sit , confirmare,seu ipsum electum in ipsum instituere recusauerit;ab huiusmodi confirmationis,vel institutionis recusatione: appellari possit, per illum , qui ab ipso Patriarcha vel eius prædecessore examinatus , seu de eius licentia ad sactos ordines promotus fuerit , nisi aliquod post ordinum susceptionem commiserit,propter quod se indignum reddiderit.Et casu quo appellari possit, ut præfertur, causa talis appellationis in curiatæ Venetiarum communi & cognosci,& vna cum sententia, quæ vim trium sententiarum definitiuarū conform ū habere,& ab ea stari debeat. Et si contingat male appellatum declarari, ex tunc liceat electoribus ipsis de nouo , pro alia vice duntaxat, ad aliam electionem procedere. Si vero Patriarcha , vel loci ordinarii prædicti nouam electionem prædictam cinquies contra iuris, & constitutionum prædictarum formam , vel de indigno , & non idoneo scienter celebratam confirmare recusauerint ; & ab huiusmodi recusatione iterum appellari ; & per iudicem appellationis huiusmodi male appellatum fuisse declarari: ex tunc liceat electori appellationem, liceat Patriarchæ ipsi de beneficiis huiusmodi pro ea vice duntaxat libere prouidere : Ac interim appellationibus huiusmodi pendentibus ipsi,aut capitula, seu collegia prædicta de beneficiis huiusmodi vacantibus nullatenus disponere , aut alias in causis huiusmodi aliquid innouare possint , statuimus ; districtius inhibentes sub excommunicationis latæ sententiæ pœna omnibus & singulis capitula

nula & collegia huiusmodi facientibus, & re præsentantibus, ne ad lectionem aliquius nisi in loco capitulari, & solito ecclesiarum ipsarum, ac vocatis omnibus, quorum interest, iuxta ipsarum constitutionum formam procedere quoquo modo præsumant; nec ipse Patriarcha pro tempore, personas, hic pro tempore electas ad renuntiandū, seu cedendum prioribus suis titulis, seu beneficiis etiam sub similis excommunicationis latę sententiæ pœna per contrafacientes incurrenda, interpellare, seu cogere aut eorum relignationes, seu cessiones admittere: sed beneficia ipsa per aliorum affectionem vacare permittere, & de illis iuxta constitutiones prædictas disponere debeant. Irritum quoq; & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit decernentes. QVOCIRCA Venerabili fratri nostro Episcopo Paphen. & dilecti filii sancti Gregorii Venetiarum, ac sancti Thomæ Burgundionum Torcellan. Diœcesis Monasteriorum Abbatib. per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorū per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac pro parte dicti Andreæ, & pro tempore existentis Ducis Venetorum & Dominit prædictorum desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ac singulos quos ipse præsentes concernunt, illis pacifice gaudere; non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari: Contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo; ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuras & pœnas ipsas iteratis vicibus aggrauando: Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Non obstantibus præmissis, ac apostolicis, & nonnullis pariter alijs etiam de consensu cleri, ac singulorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis constitutionibus, & ordinationibus; necnon quibusvis specialibus, vel generalis etiam mentionibus reseruationibus, exceptionibus, & aliis gratijs perpetuis & temporalib. vnionibus, suppressionib. ablique consensu coadiutorum, deputationibus, nominationibus citra accessus & regressus facultatibus, mandatis, privilegijs, concessionibus, collationibus, prouisionibus, & aliis dispositionibus, litteris, & indultis, etiam

etiam quibusvis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel condictionis existentibus, etiam cardinalatus honore fungentibus, ac nostris, & pro tempore existentis Romanæ Pontificis ęc antiquis, & pro tempore descriptis familiaribus continuis commensalibus, etiam regum, & aliorum principum contemplatione vel intuitu; seu in eorum, aut ecclesiarum vel plurium locorum, aut etiam in nullius fauorem, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ex quibus vis cautis, ac cum qui bušuis suspensionibus, restitutionibus, declarationibus, & aliis etiā derogatoriarum derogatoriis, ac efficacibus, & insolitis clausulis, irritantibusque etiam, vim contractus inducentib. decretis per nos, & sedem prædictam in genere vel in specie concessis, & factis, ac in posterū concedendis, & faciendis; quas & quæ, eorumq; omnium vim, & effectum, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis specifica individua, & expressa mentio habenda foret, illorū tenores huiusmodi, ac formas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbū inserti forent præsentib. pro sufficienter expressis habentes quo ad præmissa, omnino suspendimus, & in dictis beneficijs effectum fortiri, aut locum sibi vēdicare, vel etiam ad illa se extendere, aut illorū prætextu ius aliquod ad beneficia ipsa acquiri, nec ad illa in aliquo suffragari posse, & hic per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorū cuilibet quauis alia et iudicādi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari debere; ac quic quid secus super his a quoquam quauis auctoritate forsan vel ignoranter contigerit attentari, irrituā & inane decernimus. Ac ex quibuscunque. Aut si aliquib. communiter vel diuisim a dicta sede indultum, quibus interdictū suspendi vel excommunicari nō possint per litteras Apostolicas nō facientes plenā & expressam, ac de ipso de verbō de in sultō huiusmodi mentionem. Volumus aūt, q ad ecclesias, & beneficia prædicta pro tempore, vt præfertur, electi, si illa dispositionē Apostolicæ generaliter reservata fuerint, infra tres menses, a die factarum electionum huiusmodi computandos, notū pro ustionem illorum a sede prædicta impetrare; & litteras desuper in forum expedire, ac intra cameræ apostolicæ propterea debitæ persoluere omnino teneantur. Alioquin dictis tribus mensibus elapsis, beneficia ipsa vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostrarum approbationis, confirmationis, decreti, adiectionis decreti, extensionis, ampliationis, supplerionis,

tionis, mandati, suspensionis, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attenta re præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerint incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimoquinto septimo idus Februarum Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmatio omnium suprascriptarum litterarum apostolicarum, ac alia indulta super materia electionum.

Quòd uulet beneficia promotorum ad plebanias, aut ad regionem, cathedralium ecclesiarum eo ipso uacent, postquàm in electionem consenserint & dicto electio fieri possit per capitula. Electio fieri potest non gradatim, si eligendi idonei non fuerint. Et quomodo concedatur licentia electionum faciendarum. Cap. VI.

CLEMENS PAPA VII.

c. Dilecto 9. Dilecti 2. Clemen. Ad futurum. eod. cap. ora na mus. c. Sacrosanctus. eod.

DIlecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt Dilecti filij Nobilis vir Andreas Gritti Dux, & Dominium Venetorum, quòd licet alias postquàm fel. re. Leo Papa X. prædecessor noster ex certis causis, tunc expressis, per quasdam suas in forma breuis statuerat, & ordinauerat: quod ex tùc perpetuis futuris temporib. parochialium ecclesiarum Plebanatus seu plebanatuum nuncupatarum Venetiarum occurrente vacatione, parochiani illarum, qui earum patroni existunt, consensum suũ electionis futurorum rectorum earundem præstare non possent, nisi dum, & quando in solito loco, præcedente vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitis tractatibus congregati forent; necnon omnib. patronis prædictis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne absq; consensu, extra locum solitum, & nisi vocatis omnibus & aduentis, præstare præsumerent distinctius inhibuerat; Iterum quoq; decreuerat & quicquid secus super ipsa quoquam contigeret attentari. Pro parte Ducis, & Dominij eorundem, nobis expedito, quòd in ciuitate, seu illius collegiatis ac huiusmodi parochialibus ecclesiis diuersa beneficia

ficia ecclesiastica presbyterialia, diaconalia, & subdiaconalia nuncupata, ad electionem dilectorum filiorum capitulorum, & collegiorum earundem ecclesiarum, & confirmationem pro tempore existentis Patriarchæ Venet. spectan. & ad illa cum pro tempore vacabant, tam iuxta constitutiones Patriarchales Venetiarum, quàm & per bone. me. Laurentium Iustinianum, & Andream Bondimerii desuper editas, & per alios Patriarchas Venet. reformatas, & a tunc procuratoribus cleri Venet. approbatas, & confirmatas, necnon de consuetudine eatenus vt plurimum obseruatas, personæ idoneę, de gremio ipsarum ecclesiarum, si vita, moribus, & ætate idoneæ reperirentur, aliàs de quibuscunque alijs ecclesiis eiusdem ciuitatis gradatim, videlicet diaconus ad presbyteratus, & subdiaconus ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per tùc capitula & collegia prædicta eligi consueuerant; & sæpius contingebat beneficia ipsa, licet eorum fructus tenues forent à personis minus idoneis, qui neque volebant, neque poterant eisdem ecclesiis in diuinis deseruire contra constitutiones Patriarchales huiusmodi a sede apostolica impetrarijsve quo diuinus cultus, qui earundem constitutionum medio in dictis ecclesiis obseruabatur, & per deseruientes illis sub spe retributionis ad Dei laudem, & Christi fidelium deuotionem augebatur, detrimentum seu diminutionem sustinebat; ac causę propter quas, statutum, inhibitio, & litteræ prædecessoris huiusmodi pro ecclesijs dictæ ciuitatis emanauerant, & cõstitutiones Patriarchales huiusmodi editæ fuerant & in Murano, & Maiurbio, ac Torcello, nec non Burano, & Mathemauco Torcellan. & Clugien. diœcesum opidis seu locis dictæ ciuitati circumiacentibus, & temporali ditioni Ducis & Dominij prædictorum subiectis, subsistebant, & in illis eriam obseruari debebant; eo maxime, quòd in illis, nonnulli minus idonei ad ecclesias parochiales eorundem locorũ, & beneficiorum in illis consisten. ad electionem capitulorum seu collegiorum, ac confirmationem ordinarii loci pertinen. exquisita, & indirecta via eligi procurabant: Nos ipsorum Ducis, & Dominij supplicationibus inclinati, statutum, ordinationem, inhibitionem, & decretum, ac litteras Leonis prædecessoris, necnon singulas constitutiones Patriarchales prædicta ex certa scientia per alias nostras litteras sub plumbo expeditas approbauerimus, & confirmauerimus; ac illis perpetuæ firmitatis robur adiecerimus, & illa firmiter obseruari debere decreuerimus. Necnõ ad singula de Mu-

rando, Maiurbio, Torcello, Burano, & Mathemauco loca, & illorum ecclesiis ac singulis in illis consisten. beneficia prædicta, ita vt ex tunc perpetuis futuris temporibus ecclesiarum locorum & beneficiorum in illis consisten. prædictorum vacatione occurrente, parochiani earundem ecclesiarum patroni consensum nisi dum & quando in loco solito, præcedentibus vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitis tractatibus congregati forent iuxta tenorem litterarum earundem extra locum solitum præstare non possent; ac non sic vocatis & aduocatis consensum præstare præmunientes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrerent, nullisq; ad beneficia in eisdem ecclesiis consistentibus inxta Patriarchales constitutiones prædictas de gremio earundem ecclesiarum, si vita, moribus, & ætate idonei reperti forent, aliàs de quibuscunq; ecclesiis gradatim, videlicet diaconi ad presbyteratus, & subdiaconi ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per illorum capitula, seu collegia, aut alios ad quos pertineret eligi valerent; & quicquid secus attentari contingeret irritū, & inane existeret, extendermus, & ampliauerimus; supplentes omnes & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan in editione ipsarum constitutionum patriarchalium intercenerant. Et nihilominus pro potiori cautela præmilla omnia, & singula etiam pro ecclesiis singulorum locorum prædictorum, quodque similiter ex tunc perpetuis futuris temporibus beneficiorum in ecclesiis cuiuscunq; & singulorum locorum huiusmodi vacatione occurrente, capitula & collegia earundem ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi vacare contingeret, vt præfertur, ad electionem personarum modo præmisso qualificatarum ad dicta beneficia sic vacantia gradatim iuxta cōstitutiones prædictas procederet ac personas fic per eos electas, Patriarcha & loci ordinario pro tempore existenti per eum confirmandas, seu instituendas præsentare deberent: & electiones, ipsa forma iuris, & constitutionum patriarchalium non seruata, vel de personis indignis & non idoneis, pro tempore factæ, nullius roboris, vel momenti existerent. Quodque si dictus Patriarcha electionem alicuius ad aliquod beneficium huiusmodi p tempore electi, eo prætextu quòd in ipsa electione iuris, ac constitutionum feudalium, & patriarchalium forma obseruata, vel persona electi digna & idonea non existeret, confirmare, seu ipsum ele ctum instituere recusaret, ab ipsa confirmationis, & institutionis recusa-

recusatione appellari posset per illum, qui ab ipso Patriarcha, vel eius prædecessore examinatus, seu de eius licentia ad sacros ordines promotus foret, nisi post ordinum eorundem susceptionem aliquid committeret, propter quod se indignum redd. disset: & casu quo appellari posset, vt præfertur, causa ipsa appellationis in cuitate Venetiarum committi, & cognosci, ac vna cū sententia, quæ vim trium sententiarum diffinitiuarum conformium haberet, stari deberet; & si contingeret malè appellatum declarari, ex tunc electores ipsi de no uo pro alia vice duntaxat ad aliam electionem procedere possent: Si verò Patriarcha, vel loci ordinarij prædicti nouam electionē prædictam, tanquàm contra iuris, & constitutionum prædictarum formam, vel de indigno, & non idoneo, scienter celebratam, confirmare recusarent, & ab huiusmodi recusatione iterum appellari, ac per iudicem appellationis huiusmodi male appellatum fuisse declarari contingeret, ex tunc sine vlteriori appellatione eidem Patriarchæ de beneficijs huiusmodi pro ea vice duntaxat liberè prouidere liceret; ac appellationibus huiusmodi penitus, ipse, aut capitula, seu collegia prædicta de beneficijs huiusmodi vacan. nullatenus disponere, aut aliàs in causis huiusmodi aliquid innouare possent statuerimus, & ordinauerimus: Necnon omnibus & singulis capitula & collegia huiusmodi facientibus, & representantibus ad electionem nisi in loco capitulari, & solito ecclesiarum ipsarum, ac vocatis omnib. quorū interesset, iuxta ipsarum constitutionum formam procedere quoquomodo lo præsamerent, nec ipse patriarcha personas sic pro tempore electas ad renuntiandū, seu cedendum prioribus suis titulis seu beneficiis, etiam sub simili excommunicationis latæ sententiæ pœna per contrafacientes incurrenda, interpellare, seu cogere, aut eorum relignationes, seu cessiones, admittere, sed beneficia ipsa per aliorum affectionem vacare permittere, & de illis iuxta constitutiones prædictas disponere deberent inhiberimus: Irritum quoq;, & inane decreuerimus, si secus super his a quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari; prout in eisdem litteris plenius continetur. Nihilominus venerabilis frater Moderatus patriarcha Venetiarum collegiis, capitulis, & patronis præfatis li centiam eligendi personas ad beneficia, in dicta ciuitate vacan. iuxta dictarum constitutionum tenorem perentibus, licentiam ipsum concedere, & personas per eos electas, & sibi præsentatas instituere, seu confirmare absq; rationabili causa sæpenumero recusat, seu plus de-

bito differt,& prorogat. Necnon plebibus seu plebanis earundem ecclesiarum, quæ nihil dignitates principales existunt, pro tempore vacantibus, personas ecclesiarum earundem quominus ad illas sic vacantes, seu quas sibi gratas & acceptas, prout de antiqua, & approbata, hactenusq; pacifice obtentata consuetudine introductum existit, nominare possint, impedire nituntur, nonnulli, & beneficia ecclesiastica postbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia huiusmodi obtinentes, dum illis de parochialib. ecclesiis plebibus nuncupatis in dicta ciuitate prouidetur, seu etiam ad regimen cathedralium ecclesiarum assumuntur, eisdem suis prioribus beneficiis postmodum per eosdem desernire nolentes, & etiam si vellent, non valentes, beneficia prædicta nihilominus etiam post ipsarum parochialium, ac regiminis, & administrationis cathedralium huiusmodi possessionem, vel quasi recumendo, ex quo consuetus ministrorum ecclesiasticorum numerus in eisdem ecclesiis deficit: ecclesiæ diuinis solitis obsequiis frustantur, & litteræ, necnon constitutiones prædictæ suo votiuo effectu carent. Quare Andreas Dux & Dominium præfatus nobis humiliter supplicari fecerunt, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur constitutiones patriarchales, & litteras prædictas inuiolabiliter obseruari volentes, huiusmodi supplicationib. inclinati; quòd de cætero singula beneficia prædicta per assecutionem parochialium ecclesiarum plebium nuncupatarum ciuitatis prædictæ, necnon per assumptionem ad regimen, & administrationem cathedralium ecclesiarum, quam primùm promoti ad parochiales ipsas, parochiales ecclesias acceptauerint, & assumpti ad regimen, & administrationem cathedralium ecclesiarú, huiusmodi, ipsi assumptioni consenserint: eò ipso vacare censeatur; & ex tunc ipsa collegia, & capitula ad illa pro tempore vacan. de gremio ipsarum ecclesiarum, gradatim videlicet diaconos ad presbyteratum, & subdiaconos ad diaconatum, si idonei fuerint; aliosquin subdiaconus, vel alius, qui inibi deseruiat, & si idoneus inibi non reperiatur, ex alia qua vis ecclesia dictæ ciuitatis personas idoneas, etiam ad presbyteriatum vel gere liberè & licitè valeant, eadem auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus districtius inhibem. eisdem moderno, & pro tempore existenti Patriarchæ Venetiarum, ne beneficia prædicta, nisi præcedentibus eorundem collegiorum, & capitulorum, electionibus, contra tenorem litterarú prædictarum aliquib. conferre; aut eosdem parochianos, ne pertonas

nas sibi gratas ad plebes seu plebanias huiusmodi, iuxta consuetudinem hactenus circa hoc seruatam, liberè nominare possint, impedire quoquomodo præsumant districtius inhibemus, necnon quicquid secus fuerit per eos a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus. Et nihilominus tibi per præsentes committimus & mandamus, quatenus, si præfatus Patriarcha, aut in eius absentia a dicta ciuitate eius in spiritualib. vicarius generalis legitime requisitus, eisdem collegiis, capitulis, & patrochianis, ac aliis ad quos pertinet licentiam eligendi personas idoneas ad parochiales ecclesias, & beneficia prædicti pro tempore vacan. concedere; ac personas tibi per eos electas, dummodo idoneæ iuxta constitutiones prædictas, & præsentes litteras qualificatæ fuerint, instituere recusauerit; seu per viginti dies, a die ipsius requisitionis sibi factæ, dilluleritiniti nolser, & apostolicæ sedis nuntius, aut legatus in dicta ciuitate, aut eius pertinentiis fuerit, quo casu insaescripta per eos & non per te fieri uolumus, eisdem collegiis, capitulis, & patronis licentiam ipsam concedere; & personas per eos, vt præfertur, electas alias iuxta prædictarum, & præsentium litterarum, ac constitutionum earundem tenorem in ri tuere, necnon appellationes a recusationibus retardationibus institutionum denegationibus, reiectionibus, aut irritationibus ab ipso Patriarcha aut eius vicario prædicto pro tempore interiectas cognoscere, decidere, & fine debito terminare; ac quod decreueris firmiter obseruari mandare, ac omnia & singula in præmissis, & circa ea necessaria alias iuxta priorum litterarum prædictarum tenorem exequi auctoritate nostra procures. Nos enim tibi in euentum prædictum quoslibet contradictores, molestatores, & rebelles per censuras ecclesiasticas, ac pœnas etiam pecuniarias arbitrio tuo moderandas, & applicandas, ac alia opportuna iuris remedia compescendi, eisq; sub eisdem censuris & pœnis inhibendi, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus censuras ipsas quotiens opus fuerit aggrauandi, innouato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, plenam & liberam facultatem concedimus per præsentes.

Non obstantibus quibuslibet apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus, uel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon omnibus illis, quæ in dictis nostris litteris uoluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunq; Aut si aliquibus communiter, vel diuisum a dicta sit sede indultū, quòd

quòd interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anullo piscatoris. Die XXX. Maij. M. D. XXXII. Pont. Nostri Anno IX.

Euangelista.

A Tergo.

Dilecto filio Hieronymo Barbadico Primicerio Ecclesiæ sancti Marci Venetiarum.

Extinctio omnium controuersiarum inter Reuerendissimi D. Patriarchã, clerum Venetiarum occasione Titulorum. Cap. VII.

CLEMENS PAPA VII.

Venerabili Fratri Hieronymo Patriarchæ Venetiarum.

VEnerabilis Frater Salutem & Apostolicam benedictionem. Postquàm per alias nostras in forma: breuis litteras mandauimus, vt contra omnes & singulos tuæ iurisdictioni subiectos, qui contra ecclesiasticam libertatem aliquid per se, vel alium, seu alios tractassent, procurassent, aut commisissent, etiam summarie procederes; & illos debitis pœnis corrigeres, & emendares; contradictores quoslibet cuiuscunque conditionis, & gradus forent, per censuras ecclesiasticas compescendo: eidem fraternitati tuæ etiam mitæ vocis oraculo, ut illos qui ralia fecissent, seu fieri procurassent absoluere posses, concessimus: Cumque ad supplicationem dilectorum filiorum Nobilis viri Ducis, & Dominii Venetorum litteræ ad perpetuam rei memoriam a nobis emanauerint; per quas omnes differentiæ, quæ super electionibus, & præsentationibus ad beneficia ecclesiastica ecclesiarum illius ciuitatis, pro tempore vacantia, & institutionibus, seu confirmationibus electionum huiusmodi per fraternitatem tuam faciendis inter eam & clerum tuum Venetiarum exortæ

ortæ erant; & propter quas præmissa successerant, sint penitus sublatæ, ac duo plebani de ciuitatis præmissorum occasione Bononiæ cotã locumtenente auditoris Cameræ instante Procuratore nostro fiscali, arrestari, inquisiti, tanquàm innocentes ab eodem locumtenente absoluti fuerint. Ex his igitur, & aliis rationabilibus causis, quas fraternitas tua sua solita prudentia considerare potest, hoc calamitoso tempore expedire iudicamus, vt pro tua, & illius ciuitatis quiete pro tuis viam misericordiæ, quam leuiratis eligere velit. Ex propter fraternitati tuæ in virtute sanctæ obedientiæ iniungendũ duximus, ve ab executione priorum litterarum breuis huiusmodi abstineat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die Octauo Ianuarij M. D. XXXI. Pontificatus Nostri Anno octauo.

Euangelista

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

CAP. VIII.

CLEMENS PAPA VII.

DIlecti filii salutem & apostolicã ben. Nuper nobis exponi fecistis, quòd licet quàm plurimi nobiles & graduati Veneti, inter alia indulta Apostolica eis concessa, missas in eorum domibus cum altari portatili, & debitis honore, & reuerentia per quencunque sacerdotem per ipsos eligendum celebrari faciendi licentiam & facultatem ab Apostolica sede obtinuerint; nihilominus venerabilis frater Patriarcha Venetiarum omnibus & singulis presbyteris secularibus dictæ ciuitatis Venetiarum sub excommunicationis, & forsan alias pœnis, ne missas huiusmodi, etiam quòd ab habentibus facultatem, & licentiam Apostolicam huiusmodi eligantur, celebrare audeant, expressè mandauit; ex quo succedit, quòd facultatem huiusmodi habentes, non valentes sacerdotes seculares habere, alios religiosos & regulares, qui missas prædictas iuxta tenorem facultatum huiusmodi celebrent recipere coguntur, in dedecus, damnũ, & leuationis sacerdotum secularium diminutionem. Quare

nobis

nobis humiliter supplicari fecistis ut uobis in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & uestrum cuilibet, vt quotiescunque ab habentibus facultatem huiusmodi in casu infirmitatis, & necessitatis requisiti, & uocati essitis, & in ecclesiis uel aliis beneficiis ecclesiasticis per vos in dicta ciuitate Venetiarum pro tempore obtentis missas celebrare non tenebimini, missas in domibus priuatorum facultatem huiusmodi habentium, libere, & licitè celebrare ualeatis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, licentiã, & facultatem concedimus & elargimur. Quocirca Venerabilib. fratribus, patriarchæ Aquileiensi, & episcopo Paphensi Venetiis cõmorantibus per præsentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, uel alter eorum per se, vel alium, siue alios uobis, & uestrum cui libet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant uos, & uestrum quemlibet auctoritate nostra, licentia & facultate prædictis frui & gaudere: non permittentes uos desuper quomodo libet molestari; præfatum patriarcham non parentem, per censuras ecclesiasticas, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, compescendo, Non obstantibus quibusuis præceptis mandatis, & monitoriis, per Patriarcham huiusmodi, & eius officiales factis, & faciendis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Bononiæ sub annullo piscatoris. Die XI. Decembris. M. D. XXIX. Pontificatus nostri Anno VII.

Euangelista.

A Tergo

Dilecti filiis Plebanis & Presbyteris Venetiarum.

PAVLVS PAPA III.

11. *Statuimus, & ordinamus ea omnia. In ista Bulla. Attende.*

In Ciuitate Veneti nullus obtinere poterit nisi unum tantum beneficium. Cap. I. X.

Dilecti filii salutem & apostolicam benedictionem: Exponi nobis nuper fecistis, quòd dudum fel. re. Clementi Papæ VII. præ-

prædecessori nostro pro parte tunc Ducis, & Dominij Venetiarum inter alia exposito, quòd licet post quàm pie mem. Leo Papa X. etiam prædecessor noster, tunc suus ex certis, tunc expressis causis, per quasdam in forma breuis statuerat, & ordinauerat: quòd ex tunc perpetuis futuris temporibus parochialium ecclesiarum, plebaniarum seu plebanatuum nuncupatarum Venetiarum occurrente vacatione, illarum parochiani, qui earum patroni etiam tunc existebant, consentium suum electioni futurorum, rectorum earundem præstare non possent, nisi dum & quando in solito loco, præcedente vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitis tractatib. congregati forent; necnon omnibus patronis prædictis sub excommunicationis late sententiæ pœna, ne alicui cõsensum extra locum solitum, & nisi uocatis omnibus, & adunatis, præstare præsumerent, districtius inhibuerat; decreto irritanti desuper adiecto eidem Clementi præ lecessori pro parte Ducis & Dominij prædictorum exposito, quòd in Ciuitate Venetiarum, seu illius Collegiatis, & huiusmodi parochialib. ecclesiis diuersa beneficia ecclesiastica presbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia nuncupata ad electionem dilectorum filiorum Capitulorum, & Collegiorũ earundem ecclesiarum, & confirmationem pro tempore existentis Patriarchæ Venetiarum spectantia, existebant; & ad illa dum pro tẽpore vacabant, tam iuxta constitutiones patriarchales Venetiarum, quàm etiam per bo. me. Laurentium Iustinianum, & Andream Bondimerium desuper editas, & per alios patriarchas Venetiarum reformatas, & à tunc procuratoribus cleri Venetiarum approbatas, & confirmatas, necnon de consuetudines eactenus vt plurimùm obseruatas, personæ idoneæ de gremio ipsarum ecclesiarum, si vita moribus, & ætate idoneæ reperebantur, aliàs de quibuscunq; aliis ecclesiis eiusdem ciuitatis gradatim, videlicet diaconus ad presbyteratus, & subdiaconus ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per tunc capitula, & collegia prædicta eligi consueuerant: quodque causæ, propter quas statutum inhibitio, & litteræ Leonis prædecessoris huiusmodi pro ecclesiis dictæ ciuitatis emanauerant, & constitutiones patriarchales huiusmodi editæ fuerant etiam in Murano, & Maurbio, ac Torcello, necnon Burano, & Machemauco, Torcellanæ & elugiensis diœcesis opidis, seu locis dictæ ciuitati circumiacentis, & temporali ditioni Ducis, & Dominij prædictorum subiectis, subsistebant, & in illis etiam obseruari debebant: idem

Clemens prædecessor ipsorum Ducis, & Dominij supplicationibus inclinatus inter alia statutum, ordinationem, inhibitionem, & decretum, ac litteras Leonis prædecessoris, necnon singulas constitutiones patriarchales huiusmodi ex certa scientia, per quasdam sub plumbo expedit. tas, approbasset, & confirmasset, ac illis perpetuæ firmitatis robur adiecisset, & illa firmiter obseruari debere decreuisset; necnon ad singula de Murano, Maiurbio, Torcello, Burano, & Marinamauco loca, & illorum ecclesias, ac singula in illis consistentia beneficia præfata; ita vt ex tunc perpetuis futuris temporibus ecclesiarū dictorum locorum, & beneficiorum in illis consistentium prædictorum vacatione occurrente, parochiani earundem ecclesiarum patroni consensum extra locum solitum, & nisi dum, & quando in loco solito, præcedente vocatione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitis tractatib. congregati forent, ; iuxta tenorem litterarū Leonis prædecessoris huiusmodi, præstare non possent: ac non sic vocati & adunati consensum præstare præsumētes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrerent: nulliq; ad beneficia, in eisdem ecclesiis consistentia, nisi iuxta patriarchales cōstitutiones prædictas idonei, de gremio earundem ecclesiarum, si vita, moribus, & ætate idonei reperti forent, alias de quibuscunque ecclesiis gradatim, videlicet diaconi ad presbyteratus, & subdiaconi ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per illorum capitula, seu collegia aut alios, ad quos pertineret eligi valerent; & quicquid secus attemptari contingeret irritum, & inane existeret, extendisset, & ampliasset; supplensset; omnes & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan in editione ipsarum constitutionum patriarchalium, intercesserant. & insuper præmissa omnia & singula etiam pro ecclesiis singulorum locorum prædictorum: quodque similiter extunc perpetuis futuris temporib. beneficiorum in ecclesiis ciuitatis & singulorum locorum huiusmodi vacatione occurrente, capitula & collegia earundem ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi vacare contingeret, vt præfertur, ad electionem personarū, modo præmisso, qualificatarum ad dicta beneficia sic vacantia gradatim iuxta constitutiones prædictas procedere, & personas sic per eas electas patriarchæ, & loci ordinario, pro tempore existenti, per eum confirmandas seu instituendas præsentare deberent: & electiones ipsa forma iuris, & constitutionum patriarchalium non seruata, vel de personis indignis & non idoneis pro tempore factæ nullius robo-

roboris, vel momenti existerent, statuisset, & ordinasset: necnon omnibus & singulis, capitulis, & collegia huiusmodi facientibus, & repræsentantib. ne ad electionem aliquius, nisi in loco capitulari, ac solito ecclesiarum ipsarum, ac vocatis omnibus quorum interesset iuxta ipsarum constitutionum formam procedere quoquomodo præsumeret, inhibuisset; decreto irritanti etiam desuper adiecto.

Nihilominus nonnulli beneficia ecclesiastica presbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia huiusmodi obtinentes, dum illis dē parochialibus ecclesiis, plebibus nuncupatis, in dicta ciuitate prouidebatur, seu etiam ad regimen cathedralium ecclesiarum assumebantur, eisdem suis prioribus beneficiis postmodum per seipsos desseruire nolentes, & etiam si voluissent non valentes, beneficia prædicta, etiam post ipsarum parochialium, ac regimen, & administrationem cathedralium huiusmodi possessione, vel quasi retinebant; ex quo cōsuetus ministrorum ecclesiasticorum numerum in eisdem ecclesiis deficiebat, ecclesiæ solitis obsequiis diuinis frustabantur, & litteræ, necnon constitutiones prædictę suo votiuo effectu carebant: præfatus Clemens prædecessor eorundem Ducis & Dominij supplicationibus inclinatus inter cætera, quòd decretero singula beneficia prædicta per allectionem parochialium ecclesiarum plebium nuncupatarum ciuitatis prædictæ; necnon per assumptionem ad regimen & administrationem cathedralium ecclesiarum, quamprimum promoti, parochiales ecclesias acceptassent, & assumpti ad regimen, & administrationem cathedralium ecclesiarum huiusmodi ipsi assumptioni consensissent, eo ipso vacare censerentur: & extunc ipsa collegia & capitula ad illa pro tempore vacantia de gremio ipsarum ecclesiarum gradatim, videlicet diaconus ad presbyteratus, & subdiaconus ad diaconatus, si idonei forent, alioquin subdiaconum, vel alium, qui inibi deseruiret: & si idoneus inibi non reperiretur ex alia quatus ecclesia dictæ ciuitatis personas idoneas, etiam ad presbyteratus eligere valerent; per alias suas etiam in forma breuis statuit, & ordinauit; ac districtius inhibuit decreto irritanti similiter desuper adiecto, prout in singulis litteris prædictis dicitur plenius contineri. Cùm autem, sicut eadem expositio, subiungebat, in ciuitate, & opidis, seu locis prædictis sæpius contingat, quòd clerici, subdiaconi, aut diaconi, vel presbyteri in aliqua ecclesiarum ciuitatis, & opidorum, seu locorum huiusmodi beneficium ad alia beneficia subdiaconalia, vel diaconalia, aut presbyteralia huiusmodi in

aliis ecclesiis eorundem ciuitatis,& opidorum,seu locorum,ut præfertur,eligantur,& in eis instituantur; ipsique sic electi & instituti tam primam per eos obtent, quàm alia ad quæ de nouo electi, & in quibus instituti existunt,etiam post allecutam secundi beneficii pacifica possessionem, illorum retinere; & sic vnus duo,& quandoque plura beneficia subdiaconalia uel diaconalia, aut presbyteralia huiusmodi in ecclesiis ciuitatis,& opidorum,seu locorum prædictorum obtineat; & propterea diuinus cultus, qui medio constitutionum prædictarum in dictis ecclesiis obseruabatur, & per illarum ben si ctis tab sque retributionis ad Dei laudem, & Christi fidei in deuotionem augebatur, diminuatur; & alias detrimentum patiatur, in maximum ipsarum ecclesiarum præiudicium, & pa och ianorum earum admurmurationem, & scandalum: nobis humiliter fuppliciari fecistis, ut ad occurrendum indemnitati ecclesiarum ciuitatis, & opidorum, seu locorum huiusmodi, quòd nullus in eisdem ecclesiis vltra vnum beneficium subdiaconale, diaconale, aut presbyterale huiusmodi obtinere possit: & si contingat aliquem in vna ecclesiarum huiusmodi aliquo ex dictis beneficijs beneficiatum ad aliquod aliud simile vel dissimile subdiaconalium, vel diaconalium, aut presbyteralium beneficiorum huiusmodi, in qua vis alia dictarum ecclesiarum eligi, & electionem huiusmodi confirmari, seu ipsum sic beneficiatum in secundo beneficio huiusmodi institui; quòd queuis alia per ipsum, sic instit utum, in quibusuis aliis ecclesiis ciuitatis, & opidorum, seu locorum prædictorum obtenta beneficia huiusmodi per allectionem possessionis dicti beneficij, in quo postremo institutus fuerit, perinde ac si beneficia huiusmodi alias de iure communi incompatibilia forent, vacent, & vacare censeantur; ac capitula, seu collegia ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi per allecutionem ipsam pro tempore vacantia, erunt ad electionem aliarum personarum idonearum, de ipsarum ecclesiarum in quib. electio erit facienda, si haberi poterunt alias de aliarum ecclesiarum gremio ad eadem beneficia sic vacantia, alias seruata forma constitutionum synodalium, & patriarchalium, ac singularum litterarum prædictarum procedere liberè, & licitè valeant; perpetuò statuere & ordinare; aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes beneficia prædicta in vnaquaque ecclesia ciuitatis oppidorum, & locorum

corum prædictorum ideo instituta esse, ut in singulis eisdem ecclesiis in altaris ministerio per tres clericos videlicet presbyterum, diaconum,& subdiaconum ministretur; quod nec substitutus pro alio deseruiens mercenarius, & non pastor existat, ac cupientes singulis beneficiis huiusmodi per singulos beneficiatos deseruiri, & exinde cultum diuinum augeri, hunc modum suppli a nonib. inclinati: quòd decoterò nullus in eisdem ecclesiis vltra vnum ex dictis beneficiis obtinere possit; & si contingat aliquem in vna ecclesiarum huiusmodi aliquo ex beneficijs prædictis beneficiatum, ad aliquod aliud simile, vel dissimile beneficium præfatorum, in quauis alia ecclesiarum huiusmodi eligi, & electionem huiusmodi confirmari, seu ipsum sic beneficiatum in secundo beneficio huiusmodi institui: quòd quæuis alia per ipsum sic institutum in quibusuis aliis ecclesiis ciuitatis & opidorum seu locorum prædictorum obtenta beneficia huiusmodi per allectionem possessionis dicti beneficij, in quo postremo institutus fuerit, perinde ac si beneficia huiusmodi alias de iure communi incompatibilia fuerint, vacent, & vacare censeantur; ac capitula, seu collegia ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi per allectionem ipsam pro tempore vacantia, erunt, ad electionem aliarum personarum idonearum de ipsarum ecclesiarum in quib. electio erit faciendi, si haberi poterunt, alias de aliarum ecclesiarum gremio, ad eadem beneficia sic vacantia, alias seruata forma constitutionum synodalium, & patriarchalium, & singularum litterarum prædictarum, procedere liberè, & licitè valeant: auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus, non obstantib. quibuslibet apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalib. conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon omnib. illis, quæ singuli prædecessores præfati in singulis eorum litteris vel aliis quæ uis litteris vo luerunt non obstare; cæterisque contrariis quibuscunque.

C *Propter defectum. communit. Statutum. Item vide tit. 2. lib. 1. statuimus. de vele. mis. ceremon. de missa cle. de lectis. 2. Clement. 1. Ad statutum. com.*

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris. Die xix. Nouembris. M D. XLII. Pontificatus nostri anno nono.

Blos. El. Ful.

A Tergo.

Dilectis filiis Nobilibus viris Petro Lando Duci, & Dominio Venetiarum.

DE

DE ELECTIONE.

ACOLITORVM. CAP. X.

GEorgius Andreasius Dei, & apostolicæ sedis gratia Episcopus Clutinus, & in toto Dominio Venetorum cum potestate Legati de latere Sanctissimi Domini nostri Papæ, & sedis Apostolicæ Nuntius; ad perpetuam rei memoriam. Inter graues solicitudines, & curas, quibus pro legationis nostræ officii debito affluè præmimur, vna est, vt circa ecclesiarum collegiatarum, præsertim ciuitatis Venetiarum, & loci Muriani vnionem, & tranquillitatem continuò inuigilemus; vt per coniunctionem membrorum capiti diuisionem aliquam non patiantur: sed remotis obstaculis, per quæ vnio inter gregem Christi eneruatur, vnanimiter in vinea domini laborent; & spe assensus per gradus titulorum allecti, diuino cultui in dies magis inuigilent; & ex hoc ecclesiæ ipsæ maius in diuinis susci piant incrementum. Cupientes igitur, quantùm cum deo possumus, in præmissis pro tantæ rei necessitate, & periculi magnitudine, vt tenemur, salubriter in posterum prouidere, hac nostra perpetuò valitura constitutione de totius cleri ciuitatis Venetiarum, & loci Muriani in sancta synodo in præsentia nostra in ecclesia sancti Ioannis à templo eiusdem ciuitatis celebrata, assensu legationis nostræ vigore, & authoritate nobis ab apostolica sede concessa, sancimus statuimus, & ordinamus. Quòd de cætero quotiescunque in aliqua dictarum huius ciuitatis, & loci Muriani præfati collegiatarum ecclesiarum alicuius accolitatus electio fienda immineat, per ipsarū capitula, qui actu tunc ipsis ecclesiis deseruiunt, deque illarum gremio existunt, si vita, moribus, ætate, atque doctrina idonei reperti fuerint, semper fieri debeat: aliquin quencunq; alium cuicunque aliæ ecclesiæ dictæ ciuitatis actu deseruientem, vt præmittitur, idoneum ipsis capitulis eligere liceat. Et hoc idem tam in huius ciuitatis, & loci Muriani prædicti collegiatis ecclesiis in quibus adsunt; quàm in quibus in præteritum fuerant, vel nunquàm fuerunt, ac ad præsens nulli ad sunt accoliti seruetur: quatenus ipsis ecclesiis dictos accolitatus erectos conseruare, seu in posterum erectioni accolituum huiusmodi, dum modo in ea totius capituli consensus, nemine discrepante, quæ ad hoc aliter cogi non intendimus,

tendimus, accedat, expressus consentire placuerit, dictamque electionē sic, vt præmittitur, factam, sicut in aliis electionib. moris est, Reuerendiss. Dom. patriarchæ Venetiarum confirmandam præsēta re debeant. Declarantes tamē, & eadē authoritate statuentes, q capitula dictarū ecclesiarū in electionib. ad subdiaconalem titulū pro tē pore fiendis, ad dictorum accolitorū electionem tantummodò nulla tenus arctentur: sed liberè & licitè sit eisdem capitulis tam de ipsis acolitis, quàm de quibuscunque aliis de earundem ecclesiarum gremio, ac in illis personaliter actu deseruientium, electionem ad dictam subdiaconalem titulum facere: nec propterea, quòd de ipsis accolitis non sit electio facta, infringi, vel aliquo modo impugnari possit. Decernentes exnunc irritum, & inane si secus super his a quo quam nobis inferiore sciente, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Reuerendis. in Christo Domino Dei gratia Episcopo Paphen. & ecclesiæ Sancti Marci Venetiarum Primicerio per hæc scripta mandamus; quatenus ipsi, aut alter eorum per se, uel alium, seu alios præsentes nostras litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac pro parte capitulorum, & aliorum prænominatorum, aut alicuius ipsorum desuper fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra prædicta præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ac singulos quod ipsæ præsentes concernunt, illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo; ac legitimis, super his habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauando: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis & patriarchalibus, necnon synodalibus etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Venetiis in præfata ecclesia sancti Ioannis a templo, an-

anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo, Quadragesimo primo, Quarto kal. Augusti Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Pauli Diuina Prouidentia Papæ Tertij anno Septimo.

Io. Lambertus Ge. Episcopus Clusinus Legatus.

Indultum perpetuum Serenissimi Domini nostri Pij Papæ IIII. quoad confirmationes præsentationum pro tempore faciendarum eligendorum ad plebanias, & titulos in collegiatis, & parochialibus ecclesiis Venetiarum, & reiectiones respectiue faciendas per Reuerendissimos Dominos Patriarchas pro tempore existen. concessum Serenissimo & Illustrissimo Domino Domino Duci, & Dominio Venetiarum. Cap. XI.

PIVS PAPA IIII.

e statuimus. c ordinamus elemẽs. Dilectis 2. Dilectis 1.

AD futuram rei memoriam. Dudum emanarunt a fe.re. Paulo Papa Quarto, immediate prædecessore nostro in forma breuis litteræ tenoris subsequenti.

A Tergo, videlicet.

Venerabili fratri Vincentio Patriarchæ Venetiarum. Intus verò, Paulus Papa Quartus. Venerabilis frater salutem, & apostolicam benedictionem. Cùm sicut accepimus, licet nos aliàs tibi, ne ex tunc de cætero aliquem in rectorem, seu plebanum, aut beneficium alicuius ex parochialibus ecclesiis plebanis, aut plebanatibus nunc patris Venetiarum, quę pro maiori parte etiam collegiatæ existunt, & in quibus diuersa perpetua beneficia ecclesiastica clericatus, subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus nuncupata existūt; & ad quas, ac beneficia in eis consistentia, dum pro tempore vacant, electio, seu nominatio personarum idonearum ad eccle.as, videlicet dilectis filiis parochianis ipsarum ecclesiarum, ad beneficia verò huiusmodi pro tempore existenti plebano earundem ecclesiarum, & qui cum eo capitulum prædictarum ecclesiarum, cōstituunt, presbyteris, diaconis, subdiaconis, & clericis, dicta beneficia pro tempore obtinentibus, ex antiqua, & per sedem apostolicam approbata, hactenusque pacificè obtenta consuetudine (vt asseritur) competat, prout prius tibi de eius ætate moribus, & doctrina,

doctrina, idoneitate, & sufficientia, per diligens à te desuper habendum examen, aut aliàs canonicè constitisset instituere præsumeres, per alias nostras in forma breuis litteras inhibuerimus: tibi etiam in virtute sanctæ obedientiæ iniungentes; vt si aliquem minus idoneum, & sufficientem in rectorem, vel plebanum, seu beneficiatū instituendum præsentari contingeret, tu, eo reiecto, parochianis, seu capitulo præfatis alium idoneū, & sufficientē iuxta constitutiones patriarchales Venetiarum, & super illis emanatas litteras apostolicas eligendi, seu nominandi licentiam concederes; prout in eisdem litteris nostris plenius continetur: tuque honorem Dei, & salutem animarum desiderans, pro salubri ecclesię Venetiarū, cui præes, directionem, inhibitionem, & iniunctionem nostram huiusmodi plenè obserues; minus idoneos reijciendo, & parochianis, seu capitulis prædictis alium idoneum, & sufficientem eligendi, seu nominandi licentiam concedendo: nihilominus dilecti filii capitula ecclesiarum huiusmodi sæpe minus idoneos in beneficiatos ipsarū ecclesiarum instituendos tibi præsentare præsumant: & si eos, vt minus idoneos reiecis; & eisdem capitulis alium idoneum, & sufficientem eligendi, seu nominandi licentiam concedis; eum eligere, seu nominare negligant: & ipsi minus idonei sic præsentati te super institutione de eis facienda diuersimodè, etiam iudicialiter molestent: & nonnisi mè, cum tu dilectum filium Victorem quondam Petri presbyterum Venetiarum, à dilectis filiis capitulo ecclesiæ sāti Ioānis chrysostomi Venetiarum ad perpetuum simplex ecclesiā sticum subdiaconatum nuncupatum præsentatum, seu nominatum tanquam sufficientem in eius examine compertum, reiecisses; idē Victor asserens se exinde indebitè grauari ad nos, & sedem prædictam appellauerit, & causam appellationis huiusmodi certis iudicib. in illis partib. per litteras audientiæ conditas committi obtinuerit; ac prætextu commissionis huiusmodi procuratorem suum plusquam coram abbate monasterii sancti Cypriani de Muriano Torcellanæ diœcesis Venetijs commorante in iudicium traxerit.

Nos attendentes iniquum existere, quòd tu, aut officiales tui ex bono obedientiæ, pro quo laudandi estis, malum, & incommodum reportetis; volentes in præmissis opportunè prouidere, statum, & merita causæ huiusmodi pro expressis habentes, causam ad nos aduocamus; & litem huiusmodi penitus extinguimus; ac dicto Victori in præmissis perpetuum silentium imponimus: districtius inhibēn-

tes Victori, & abbati prædictis,ac quibuſuis aliis iudicib. pro parte ipſius Victoris hactenus impetratis, & impoſterum impetrandis, nè in cauſa huiuſmodi quouſlmodo procedere præſumant;ac decernentes ex nunc irritum , & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari: & nihilominus tibi,& in capitulo eccleſiæ ſancti Ioannis chryſoſtomi, quã aliis , qui de cætero aliquos minus idoneos ad quæuis beneficia dictæ ciuitatis præſentauerint, competentem terminum,infra quem alios idoneos,& ſufficientes ad prædictum , vt præfertur vacans , & alia pro tempore vacantia beneficia eligant , ſeu nominent præfigendi: & eo elapſo , niſi alios idoneos, & ſufficientes ad ipſa beneficia elegerint,ſeu nominauerint ; eadem beneficia pro ea vice tantùm perſonis idoneis auctoritate noſtra conferendi ; ita tamen , quod propter hoc conſtitutionibus, & ſuper illis confectis litteris prædictis, nullum in poſterum præiudicium generetur : plenam , & liberam , apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus poteſtatem, & facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus , & ordinationib. apoſtolicis,atque omnibus illis , quæ in ſingulis litteris noſtris prædictis voluimus non obſtare,cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die xv. Decembris. M. D. LVII. Anno primo.

Ioann. Barengus.

Cum autem , ſicut dilectus filius Marcus antonius Mullus eques auratæ militiæ , nobilium virorum ducis, & dominij Venetorum apud nos orator pro parte eorundem ducis , & dominij nobis nuper expoſuit; defuncto proximè Vincentio patriarcha prædicto nonnulli clerici, vt præfertur,ad beneficia, in dictis eiuſdem Pauli prædeceſſoris litteris comprehenſa, electi,& nominati, & per ipſũ Vincentium patriarcham tanquàm inſufficientes reiecti,ad nos, & ſedẽ apoſtolicam , vel ad venerabilem fratrem epiſcopum Vercellen. noſtrum in ciuitate Venet. nuntium appellauerint, & certas appellationes deſuper interpoſuerint ; cauſaſque appellationum huiuſmodi proſequi,forſan in eæperint;vel deinceps proſequi intendant:quare idem dux , & dominium nobis humiliter ſupplicari fecerunt , vt ſuper his opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur conueniens ut equum eſſe cenſentes , vt ea , quæ in vim dictarum litterarum Pauli prædeceſſoris ab eodem Vincentio patriarcha, dum viueret,geſta fuerunt , inuiolabiliter obſeruentur,

tur;& abſque aliquo appellationum, & litium inuoluero ſtima , & illibata permaneant : huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ſtatum, & merita appellationum,& cauſarum huiuſmodi , præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, omnes,& ſingulas appellationes, & cauſas prædictas in eiſdem ſtatu, & terminis , in quibus ad præſens reperiuntur,ad nos aduocamus;& lites penitus extinguimus; & dictis perſonis,vt præfertur,reiectis in præmiſſis perpetuum ſilẽtium imponimus: diſtrictius in virtute ſanctæ obedientię inhibẽtes ipſi moderno , & pro tempore exiſtenti noſtro , & apoſtolicæ ſedis in dicta ciuitate Venetiarum nuntio,& quibuſuis aliis iudicibus , tam pro parte ipſorum, vt præmittitur reiectorum, quàm aliorũ quorũcunque per modernum,& certiam pro tempore exiſtentem patriarchã Venetiarum ſimiliter in futurum ob illorum inſufficientiam reiicẽdorum,hactenus quomodolibet impetratis,& in poſterum impetrãdis,ne appellationes huiuſmodi admittant; neque eis deferant : ſed eas penitus reiiciant; nec in cauſis præfatis quouſlmodo procedere præſumant: decernentes pariter exnunc irritum , & inane , ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari.Et nihilominus eidem moderno patriarchæ,&eius in dicto patriarchatu ſucceſſoribus , tam capitulo præfatis , quàm quibuſuis aliis in eiſdem litteris Pauli prædeceſſoris expreſſis , qui de cætero aliquos minus idoneos ad quæuis beneficia dictæ ciuitatis præſentauerint,competentem terminum , infra quem alios idoneos , & ſufficientes ad eadem beneficia pro tempore uacantia eligant,ſeu nominent præfigendi; & eo elapſo , niſi alios idoneos, & ſufficientes ad ipſa beneficia elegerint,ſeu nominauerint, dicta beneficia pro ea uice tantùm perſonis idoneis auctoritate noſtra conferendi : ita tamen quòd propter hoc conſtitutionibus , & ſuper illis confectis litteris præfatis nullum in poſterum præiudicium generetur,plenam, & liberam apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus poteſtatem,& facultatem. Non obſtantibus omnibus illis,quæ dictus Paulus prædeceſſor in ſuis litteris voluit non obſtare;cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die xix Iulij M. D. LX. Pontificatus noſtri anno primo.

Cæ. Glorierius

Ex const. Ioann. Triuisani Patri.

Quòd mansionarij, actu deseruientes ecclesiis, possint, vt de gremio cum aliis concurrere, & eligi ad titulum subdiaconalem: & quomodo in una ecclesia ballotati amittant ius aliarum ecclesiarum. Cap. XII.

QVoniam in electionibus titulorum subdiaconalium pro tempore vacantium in collegiatis ecclesijs nostris ciuitatis Venetiarum plerunque dissidia, & altercationes inter capitulares exortas solent; quæ, & nobis non modicam displicentiam, & fastidium, & laicis scandalum afferre solent, eò præsertim, cum ab aliquibus asseratur, mansionarios actu deseruientes in vnaquaque ecclesia non ita intelligi de gremio, nec cum aliis de ipsius ecclesiæ gremio in cœtu su ad electionem titulorum huiusmodi admitti debere. Volentes itaque hisce inconuenientibus, & scandalis, ut nobis iniuncto sollicitudinis officio conuenit, occurrere; & omnem viterioris controuersiæ, & dissidiorum materiam penitus amputare: hac nostra constitutione, perpetuò valitura, patriarchali, & qua in hac parte fungimur auctoritate, statuimus, decernimus, & ordinamus; hcuisse, & potuisse, & in posterum, prout hactenus consueuit, licere, & posse mansionarijs quibuscunque actu deseruentibus in vnaquaq; collegiata ecclesia huius ciuitatis in vacatione subdiaconalium titulorum, vna cum aliis de gremio talis ecclesiæ, & tanquam de ipsius ecclesiæ gremio, in qua (vt præfertur) pro mansionarijs eo tunc actu deseruierint, in nominationibus, & ad ballotationes huiusmodi admitti; illosque (quarenus eligantur) per capitula nobis præsentari, & per nos institui potuisse, & posse ad talem titulum; dummodo alias idonei vitæ, moribus, & ætate per nos, iuxta indulta apostolica nobis desuper concessa, reperti sint. Verum quia hominum malitia sæpenumero prudentiam, & circumspectionem præsulum, ipsorumque decreta, & constitutiones ad componendos mores, & tollendos abusus omni studio, summaque diligentia sancitas, euertere vel le conatur; propterea ad compescendam similium audaciam, & temeritatem, declaramus, quòd quicunque mansionarius, qui In aliqua ecclesiarum nostrarum prædictarum actu deseruiens, seu nel admissus fuerit in concursu cum aliis de gremio talis ecclesiæ ad electionem

electionem alicuius tituli subdiaconalis; quamquàm electus non remanserit; pro semper habeatur de ipsius ecclesiæ gremio; quandiu tamen in eadem ecclesia, pro mansionario actu se exercuerit; nec possit vllo pacto, colore, forma, vel ingenio talis mansionarius, de ipsa ad aliam transire ecclesiam sub prætextu, quòd in secunda aliam obtineret mansionariam; ita, vt in vacatione aliqua tituli subdiaconalis prætendere possit, tanquàm de gremio secundæ ecclesiæ huiusmodi in concursu, cum aliis de gremio nominari, vel eligi: sed eo casu, tãquàm simplex mansionarius, & seclusus ab aliis de gremio, necnon mansionarius actu deseruientibus admissis pro de gremio eiusdem ecclesiæ, habeatur, & reputetur; & ad nominationem ad titulum huiusmodi per capitula nullatenus admittatur. Sicque per quoscunque dominos plebanos, & capitula prædicta intelligi, adimpleri, & obseruari debere perpetuò mandamus; sublata eis, & eorum cuilibet in ipsis electionibus aliter proponendi, admittendi, & eligendi: necnon irritum & inane decernentes, prout decernimus, si secus per eos factum fuerit, vel attentatum.

Ex const. Ioannis Triuisani Patr.

Nullus religiosus eligi potest ad plebanatum, aut ad aliquem alium titulum in ciuitate Venetiarum. Cap. XIII.

NOs Ioannes Triuisanus I.V.D. miseratione diuina patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque primas inhærentes constitutioni aliàs a nobis factæ, & publicatæ, per quam statuimus, & decreuimus, quòd nullus religiosus claustralis cuiusuis ordinis, & sub quocunque titulo nuncupetur, qui neglecta religione ad seculum redierit; siue in habitu clerici secularis, siue suo habitu retento, ille incesserit; non possit assumi, siue ballotari, aut eligi ad aliquam plebaniã ecclesiarum parochialium tam collegiatarum, quàm non collegiatarum huius nostræ diœcesis Venetiarum; decernentes irritum, & inane, si secus a quoquam actum fuerit: extendatur per hanc nostram constitutionem, quam addendo præmissis, de nouo ferimus, & promulgamus, ad beneficia ecclesiarum nostrarum presbyteralia, diaconalia, subdiaconalia, necnon, & acolitatus nuncupata, ita vt de cetero sint inhabiles dictorum beneficiorum; & tanquàm inhabiles,

& in-

& incapaces ad ea nullatenus per collegia earundem ecclesiarum pro quiete pace, & bono regimine earundem ecclesiarum ballottari, vel eligi possint. Verum si secus a quoquam actum fuerit, id eorum irritum, & inane fore decernimus; ac pro infecto penitus haberi volumus. Mandantes vniuersis, & singulis magnificis dominis parochianis, quibus competit ius præsentandi, siue denominandi plebanos; ac venerabilibus dominis plebanis, & capitulis habentibus ius eligendi ad beneficia vacantia in ecclesiis suis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis, & censuris ecclesiasticis, quòd omnia, & singula præmissa obseruare debeant; ac nullatenus audeant sub quouis prætextu, colore, uel ingenio contra huiusmodi constitutionem nostram aliquid attentare, vel innouare. Quod si a quoquam aliquid attentatū, vel innouatū fuerit, nos contra huiusmodi inobedientes procedemus ad pœnas supra comminatas; inobedientiæ ipsorum in aliquo non obstante. In quorum fidem, &c.

***

Partis Secundæ Constitutionum, & Priuilegiorum Patriarcatum Venetiarum Finis.

CONSTITVTIONVM ET PRIVILEGIORVM PATRIARCHATVS VENET.

PARS TERTIA.

DE SEPVLTVRIS.

Antiquas consuetudines quo ad funeralia, & sacramentorum administrationem sunt seruandæ; non obstantibus quibuscunque priuilegiis religiosorum. Cap. I.

Venerabili Fratri Mapheo Patriarchæ Venetiarum.

SIXTVS PAPA IIII.

VENERABILIS Frater salutem, & apostolicam benedictionem. Fide dignorum testimonio certiores effecti, quod curati ciuitatis Venetiarum, & diœcesis Torcellan. vt plurimùm ex canonicis portionibus, & funeralibus; cum alios prouentus, aut nullos, aut exiguos habeant; vitam ducunt; æquum existimamus & congruum eorum indemnitati super huiusmodi portionibus prouidere: ne consuetis fraudati subsidiis a cultu diuino, & animarum cura cogantur desistere. Quo circa tenore præsentium declaramus, atque decernimus; quòd, non obstantibus priuilegiis, & indultis, ordinibus, & religiosis mendicantium per nos sub quauis verborum forma concessis, & præsertim illis, quæ mare magnum vulgariter nuncupantur; antiquæ consuetudines quo ad funeralia, & sacramentorum administrationem in ciuitate, & diœcesi prædictis seruari debeant: fraternitati tuæ auctoritate apostolica mandantes; vt nihil contra consuetudines huiusmodi a quoquam innouari permittas; contradictores quoslibet per censuras ecclesiasticas, appellatio- C. Quamuis c. Paulus. a.

БИБЛИОТЕКА ОДЕСЬКОГО ЮРИДИЧНОГО ІНСТИТУТУ

pellatione postposita, compescendo; inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris. Die xviii. Martij. M. CCCC. LXXVI. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmatio indulti Sixti IIII.

Religiosi in præiudicium parocorum non possunt administrare ecclesiastica sacramenta, & alia spiritualia exercere; neque per parochias processionaliter ire. Cap. II.

C. Venerabili. ii. eo.

PAulus episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri patriarchæ Venetiarum, & dilectis filiis moderno, & pro tempore in ciuitate Venetiarum commoranti nostro, & sedis apostolicæ nuntio, ac primicerio ecclesiæ sancti Marci Venetiarum salutem & apostolicam benedictionem. Dudum felicis recordationis Leo papa X. prædecessor noster, accepto per eum, quòd postquàm piæ memoriæ Sixtus papa IIII. etiam prædecessor noster ad eius notitiam deducto, quòd plebani, ac parochialium, & collegiatarum ecclesiarum rectores alij, qui tam in ciuitate Venetiarum, quàm diœcesis Torcellanæ curam animarum exercentes, nullos, aut saltem exiguos annuos reditus, præterquàm ex quartis, & aliis portionibus canonicis prouenientes, haberent, & solitis subsidijs defraudarentur; propterea quod a diuino cultu, & animarum cura desistere cogerentur: tunc patriarchæ Venetiarum, aliius proprio nomine non expresso, quod priuilegiis, & indultis, etiam motu magnum nuncupatis, religiosis præsertim mendicantibus sub quacunque verborum forma per eum concessis, nequaquam obstantibus, antiquas consuetudines quoad funeralia, & sacramentorum administrationem in ciuitate & diœcesibus prædictis seruari faceret; & nihil ultra consuetudines huiusmodi a quoquam innouari permitteret; per suas in forma Brevis litteras inter alia mandauerat: idemque Leo prædecessor, facto tunc approbante Lateranensi concilio, nouissimè celebrato, ad conseruandam pacem, & tranquillitatem status vniuersalis ecclesiæ super confessionibus, & absolutionibus Christi fidelium, ac Eucharistiæ, aliorumque sacramentorum

torum ecclesiasticorum administration ibus, per quoscunque religiosos in præiudicium iurisdictionis prælatorum secularium, ac rectorum parochialium ecclesiarum, aliorumq; curatorum non audiendis, neque impendendis, decretum ediderat. Et quia nonnulli forsan mendicantium religiosi, quorundam indultorum eis, vt dicebatur, à sede Apostolica concessorum, prætextu, nedum laicorum eisdem religiosis eorum peccata confiteri volentiũ illorum confessiones audire, eisq; absolutionem impartiri, sed & missas in illorum domibus absq; illorum rectorũ licentia celebrare, illisq; tempore infirmitatum eorundem Eucharistiæ, & forsan alia sacramẽta ecclesiastica ministrare, ipsosq; rectores plebanos, & curatos quartis, & aliis portionibus Canonicis prædictis defraudare præsumebãt, ac litteras ipsius Sixti prædecessoris transgredi non verebantur, in animarũ suarum periculum, & scandalum plurimorum ipsorumq; rectorũ plebanorum, & curatorum præiudiciũ, ac diuini cultus diminutionẽ: & propterea attendentes, quòd inter personas, præsertim ecclesiasticas contentionum, & discordiarum fomenta conniuentibus oculis toleranda non erant, volensq; ius suum vnicuiq; illesum conseruari: litteras ipsius Sixti prædecessoris, ac omnia & singula in illis cõtenta, indeq; secuta quæcunq;, rata, & grata habens motu suo proprio, & ex eius certa scientia, non ad alicuius sibi super eo oblatę petitionis instantiam, sed ex sua mera liberalitate suppłata, videlicet X. Kal. Decembris Pontificatus sui anno no no, confirmauerat, approbauerat, & innouauerat: tunc q; & pro tempore existenti patriarchæ Venetiarum, vt litteras ipsas obseruari, & adimpleri faceret, mandauerat: ac recolendæ memoriæ Adrianus Papa VI. etiam prædecessor noster, pro eo quod super decreto, commissione, & mandato ipsius Leonis prædecessoris, illius superueniente obitu, litteræ expeditæ non fuerant; ne propterea rectores plebani & curati præfati decreti, commissionis, & mandati prædictorum frustarentur effectu, eidẽ patriarchæ quatenus litteras Sixti, & decretum, commissionem, & mandatum Leonis prædecessorum prædictorum in ciuitate, & diœcesibus prædictis, solenniter publicando, illas, & illa, ac contenta in eis inuiolabiliter, & inconcusse obseruari auctoritate Apost. mandaret; nequicquam contra illarum tenorem, etiam prætextu cuiusuis priuilegij, & indulti Apostolici, etiam pro fabrica basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, aut alia sub quacunque verborum forma, ex quauis causa concessorum per dictos religiosos, seu quoscunque il-

lorum ordinum, vel alios cuiuslis ſtatus, gradus, dignitatis, & condi tionis exiſtentes, innouari permitteret; & quibuſuis laicis ne eoſdē religioſos ad audiendū eorum confeſſiones, libriq; eccleſiaſtica ſacra menta miniſtrandum contra formam, & continentiā litterarū Sixti, & decreti Leonis prædeceſſorum prædictorum de cętero recipere præſumerent, ſub excōicationis, & aliis pœnis tunc expreſſis, inhiberet; contradictores, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticā compe lendo, inuocato ēt ad id, ſi opus foret, auxilio brachij ſecularis; per ſuas etiam in forma breuis litteras dederat in mādatis; prout in lingalis litteris prædictis dicitur plenius contineri. Cūm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum rectorum plebanorum, & curatorum ſecularium parochialiū, etiam collegiatarum eccleſiarum prædictarū, in hac parte ſinul adhærentium, petitio continebat; tu frater patriarcha propter tui abſentiā, uel impedimentum executioni litterarum earundem intereſſe mul torjens nequeas, ciuitaſq; Venetiarum Nuntio apoſtolico aliquādo careat; propterea q; nonnulli religioſi, & forſan ordinis mendicantiū à certo tempore citra ad domos parochianorum ipſorum adhęren tium accedere, miſſaq; inibi celebrare, ac in perſonas ipſorum paro chianorum infirmorum nonnulla ſpiritualia exercere, & quædam eis forſan exhibita etiam in eorum domibus, & eccleſijs benedice re, ac per parochias ipſorum adhærentium proceſſionaliter ire, & alia ad dictos adhærentes ſpectantia abſq; ipſorum adhærentium licentia facere auſi forſan ſint, & audent, in eorundem adhærentium non modicum præiudicium, & iacturam: pro parte dictorum adhæ rentium nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ſuper his oppor tune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus, ſi de abſentia, & impedimento prædictis vobis conſtiterit, vos filij nun tie & primicer e a l executionem dictarum litterarum iuxta illarū eō. inentium, & tenorem in omnibus, & per omnia procedatis; per inde acſi litteræ prędictæ vobis omnibus à principio directæ fuiſſent. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo, aut vnus veſtrum ea nihilominus exequantur. Dat. ciuitatis caſtel lan. Anno Incarnationis dominicæ M leſimo quingentesimo qua drageſimo ſecundo, tertio Kal. Martii. Pōtificatus noſtri Anno nono.

Ia. Cordellus.

Cap.

Cap. xxviij. Sub rubrica de Sepulturis.

Ex Synodo Laurentij epiſcopi Caſtellani.

Quod honeſtè conuenire poteſt cum laicis pro ſepulturis. Cap. III.

Licet debitum ſit clericis, eccleſiaſtica ſacramenta deuotè petita à fidelibus liberaliter exhiberi: tamen à maioribus ſtatutum re peritur, quod pietate fidelium introductum eſt, à poſteris debete concedi; & per eccleſiaſticum iudicem ad id obſeruandum cogi poſſe. Tamen quia facultas cogendi ſeculares modo ceſſat; & mul toties ex defectu iuſtitiæ multa enormia committuntur: cum ipſi clerici ſenti ant ſeculares ſibi ex debito iuris teneri: & tamē ex cau ſa prædicta cogi nō poſſe, pterea ſcādala plurima oriantur: cū clerici inhibeant corpus tradi ſepulturæ, niſi primò debitum faciant: & laici deteſtentur talia, putantes ſolo ſpiritu clericos abſq; alimentis neceſſarijs nutriti poſſe. Vt talia ſcandala euitentur, declaran tes ſtatuimus; quòd ipſi clerici inuitati, primò, antequàm accedant ad domum defuncti, pro maturinis dicendis, quàm honeſtè poterunt abſque conſcientiæ ſcrupulo conueniant cum facientibus ſum ptus funeris, & componant, &c.

c. Andreas Bondimerio Quæſtu. ex.

Conſtitutio pro clericis, ut petere poſſint eleemoſinas pro ſepulturis defunctorum. Cap. IIII.

Andreas Bondimerius patriarcha Venetiarum, Dalmatiæque primas. Quia in exequijs mortuorū, inter capitula eccleſiarū, & hæredes, ſeu commiſſarios defunctorum, aut alios impenſam funerum facientes, in publico rixæ, & ſcandala plurima oriuntur, aliis noſtris conſtitutionibus adhicientes, ſtatuimus; ut ipſa capitula eccleſiarum, antequàm vadant ad exequias ipſorum defunctorum, apud præfatos cōmiſſarios, aut hæredes humanitet, ac cum modeſtia inſtent; ut antiquas & laudabiles conſuetudines obſeruare velint. Et ſic amicabiliter concordent; vt eiſdem capitulis contributum iuxta facultatem ipſorum decedentium, & cōſuetudines hactenus obſeruatas. Et ut præmiſſa liberius, & abſeque ſcrupulo fiant; diſpenſan us iure nobis hoc permittente, ex cauſis antedictis, vt pacta, & conuen tiones circa ſepulturas, & exequias mortuorū modo præmiſſo fiant.

c. licet. eod.

Constitutio edita per Reuerendissimum In Christo patrem, & D.D. Nicolaum Franchum Episcopum Tarusinum, & Legatum Apostolicum, De mortuis sepeliendis, quæ est præmissarum constitutionum confirmatio. Cap. V.

c. venerabilis. ca. Paulus. de sepult.

QVamuis inter alia pietatis opera non minimum sit Christi fidelium ex hoc seculo migrantium corpora sepelire: Tobias enim plus Deum timens, quàm regis præceptа, qui filios Israel mortuos sepulturæ tradere prohibebat; quia solicitus defunctorum corpora rapiebat; & illa in domo sua occultabat, mediisq; noctibus sepeliebat, ob hoc magnam à Deo gratiam consecutus esse videtur: nihilominus, nonnulli presbyteri, ac alii clerici auaritiæ ciuitate ducti, quibusdam prauis suis consuetudinibus inuitentes, vt nostris frequẽter est auribus intimatum, parochianos suos, aut alios sibi subiectos, cum eos decedere ex hac vita contingit in eorum ecclesiis, seu cimiteriis sepelire nolunt, neque permittunt; nisi prius eis defunctorum hæredes aliquam pecuniarum quantitatem exhibeant; vel saltem promittant, seu idoneè de soluendo caueant in animarum suarum periculum, & scandalum plurimorum. Volentes autem animarum periculis, & scandalis quibuscunque, quantùm cum Deo possumus, obuiare, hac perpetuò constitutione valitura sancimus, vt parochialium ecclesiarum sacerdotes parochianos suos absque aliqua pecuniarum, vel aliarum rerum exactione, aut cõtentione, seu pacto de soluendo, sepeliant; sicut est sacris canonibus diffinitum. In ciuitate tamen Venetiarum, in qua decimæ non soluntur, sed pro illis in vltima uoluntate consueuit parochiali ecclesiæ aliquid nomine decimarum dimitti; seruentur consuetudines hactenus obseruatæ.

c. licet. 20.

Verum si alicuius defuncti hæredes aliquos ex sacerdotibus, seu clericis cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ, non autem totum capitulum, seu collegium ad ipsum defunctum sepeliendum vocauerint; ipsi duntaxat vocati ad sepeliẽdum mortuum ipsum accedant; petita tamen, & obtenta licentia, à plebano, siue archipresbytero, siue alio principali prælato ecclesiæ collegiatæ: nec vllo modo à suo capitulo, seu collegio ire prohibeantur; prout hactenus in quibusdam ecclesiis legationi nostræ subiectis, vt audiuimus, extitit obseruatum.

Quòd

Quòd si ab hæredibus defunctorum totum canonicorum capitulum, seu clericorum collegium ad sepeliendos mortuos ipsos vocatum fuerit, tunc canonici, seu clerici ipsi accedant nulla penitus pecuniarum, aut aliarum rerum exactione ab eisdem hæredibus occasione funeris, seu sepulturæ ab eis factæ, aut pacto, seu conuentione de soluendo interueniente. Sed oblationes eis ab hæredibus defunctorum datas cum gratiarum actione suscipiant: illas inter se iuxta ecclesiarum suarum statuta, seu consuetudines distribuendo; ac nihil his, qui ad funus ire noluerint, seu aliàs non interfuerint penitus dando. In ciuitate autem Venetiarum, vt præmissum est, seruentur consuetudines hactenus obseruatæ.

Ex Const. Ioan. Triuis. Patriarc.

Prohibetur plebanis, & capellanis admittere religiosos ad deferenda dopleria funeralium, exceptis Iesuatis sacro ordine non insignitis, & similiter luicos, pizzocharas; & monicles conuersas. Qui possunt inuitare ad funera honoris gratia, & de vestioris licentia. Et prohibitio facta omnibus scholis quo ad caduuera ab ecclesiis non eleuanda, & cõpositionem super ceris, & aliis ad funeralia spectantibus. Cap. VI.

I I. Licet aliàs per bo. me. reuerendissimum D. Antonium Cõtareno patriarchã Venetiarum hoc idem mãdarũ factum fuerit, prout constat in actis cancellariæ patriarchalis sub die quarta Februarii M. D. IX. nihilominus non sine animi displicentia intelleximus, siue negligentia, siue inobedientia prædictorum dominorum plebanorum, & aliorum suprascriptorum dictum mandatum nõ obseruari, in damnum, & scandalum plurimorum: debitum debitorũ officij nostri fuit, & est, conquerentibus etiam plurimis, dictũ mandatum renouare. Cum noua quædam semper innouentur à nonnullis fratribus, ac laicis tertij ordinis, necnon pizzocharis, monialibus conuersis, & aliis personis in hac diœcesi Venetiarum; qui cadauera fidelium decedentium cum doplerijs in manibus accensis sub ficta charitate associare procurãt contra decretum fe. recordat. Sixti Quarti, & mandata aliàs per dictum reuerendissimum Dominum patriarchã decreta; & quod peius est, nonnulli quoque plebani, ac titulati, & alii clerici cum aliquis, vel aliqua ex hac vita decedit associant suos

h vij

runt suos esse affines, & consanguineos, quamuis nō sint; & ad dicta funeralia conuocant plebanos, & alios titulatos, & clericos honoris gratia in non modicum præiudicium ecclesiarum prædictarum. Item quòd quidam laici sub prætextu, quòd confratres sint scholarum indictis plebanis, & titulatis aufu etiam temerario, & luxuria, siue dopleria gestare volunt in manibus, vim etiam aliquādo inferendo, & cadauera defunctorum eleuando; ad tumulum ipsa deferentes, contra voluntatem plebanorum, & dictorum titulatorum: & ipsis etiam inscijs componere audent cum superstitibus defuncti super ceris ad dicta funeralia dandis parochialibus ecclesijs, & quibus corpora deferūt, sub honoris & charitatis figmento, illa postea auferendo, non sine censurarum ecclesiasticarum incursu, & ecclesiarum prædictarum detrimento. Quocirca pro parte reuer. patrum præsidentium, congregationum Venetiarum, necnon R. fratrum Iesuatorum respectiue fuimus iure requisiti, vt super præmissis de opportuno iuris remedio prouideremus. Nos igitur, qui curam de ecclesijs prædictis gerimus, vobis omnibus, & singulis D. plebanis, capellanis, curatis, & aliis suprascriptis, & vestrum cuilibet, tàm coniunctim, quàm diuisim, tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna duc. quatuor ab unoquoque vestrum, inobediente irremissibiliter auferēda, & in pios vsus statim arbitrio nostro conuertenda; inhærendo tamen prius omnibus mandatis suprascriptis, præcipimus, & mandamus; quatenus non audeatis, neq; præsumatis quempiam fratrum cuiusuis ordinis etiam mendicantium admittere ad funeralia, deferendo dopleria, neque candelas; prout in litteris fe. re. Sixti prædicti, & exequtorialib. super eis emanatis à bonæ memoriæ reuerendiss. D. Mapheo Girardo patriarcha Venetiarum, vt in mandatis prædictis continetur; Iesuatis fratribus demptis in sacris non existentibus; iuxta consuetudinem ciuitatis hactenus conseruatam: laicos verò, pizzocharas, & cōuersas, & alias personas, quocunque nomine nuncupentur, sub eadem pœna, ad ipsa funeralia non admittatis, nisi cum candelis paruis.

Item præcipimus, & mandamus vobis omnibus, & singulis D. plebanis, ac titulatis, & cuilibet vestrum sub excommunicationis pœna, & ducatorum quatuor, vt supra, ab unoquoq; vestrū inobedien. auferenda, & conuertenda, vt supra; quòd nulli vestrum præsumant accedere ad funeralia honoris gratia, neque in ecclesijs prædictis permittatis aliquem sacerdotem, siue clericum, cuiuscunque dignitatis, gradus, & cōditionis existant, ad dicta funeralia accedere, nisi vocati ab illo plebano, siue titulato, aut clerico, cuius defunctus fuit ser, pater, mater, frater, soror, sororius, vel sororia, de licentia tamen illius plebani, siue curati, in cuius parochia cadauer contigerit esse: ad alia verò funeralia honoris gratia minime accedere sub eadem pœna præsumant.

Item, vt de cætero cessēt omnis materia scandali; præcipimus, & mandamus omnibus guardianis, & castaldionibus, ac præsidentibus omnium scholarum, & cōfraternitatum Venetiarum, quatenus sub pœna excommunicationis, se de cætero abstineant ab omni eleuatione cadaueris ab ecclesijs, & aliis quibuscunque locis parochialium ecclesiarum prædictarum, & à quacunq; compositione super cereis ad funeralia dandis sub quocunque prætextu in præiudicium ipsarum ecclesiarum: nisi accedente consensu, & voluntate rectorum ipsarum ecclesiarum, & ecclesiæ in cuius parochia erit ipsum cadauer. Et ne de prædictis ignorantiam allegare possint, volumus, vt ad ipsorum notitiam præsens nostrum mandatum per vnum ex nunciis curiæ nostræ intimetur guardianis, castaldionibus, & aliis scholas ipsas regentibus. Mandamus has nostras ad vniuersorum notitiam in sacristia vniuscuiusque ecclesiæ affigi, & affixas dimitti, nec inde sub prædicta pœna amoueri posse, aut debere. In quorum fidem &c. Datum Venetijs, die lunę, 27. mensis Iunij.

1575.

Partis Tertiæ Constitutionum, & Priuilegiorum Patriarcatus Venetiarum Finis.

CONSTITVTIONVM ET PRIVILEGIORVM PATRIARCHATVS VENET.

PARS QVARTA.

In qua tres Synodi diœcesanæ continentur, habitæ sub Illustriss.ae Reuerendiss. D. D. Ioanne Triuisano Patriarcha.

Exhortatio Reuerendissimi D. Patriarchæ ad clerum ad benè, atque honestè viuendum, constitutionesque seruandas. Cap. 1.

IOANNES Triuisanus Iur. Vtr. Doct. Miseratione diuina Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæq; primas &c. Nullo vnquam tempore credimus, tam fuisse in medicina salutem propositam medico, aut in prœliis Imperatori victoriam; quàm nobis, in patriarchali nostro munere obeundo, filiorum nostrorum vita beata proposita semper fuerit: non quomodo imperiti loquuntur, delitiis illa quidem omnibus referta: sed illa, quæ sanctitate morum locuples, Christiana pietate, virtutibus ingeniis, & liberalibus artibus honestissima haberetur. Huc sanè spectant adhortationes nostræ; huc monita; huc paternæ reprehensiones; quibus priuatim cum multis, & publicè cum omnibus vsi sumus; cum eos pietate paterna aut reuocaremus à vitiis: aut ad virtutem inflammaremus; ostenderemusq; non esse breuem hãc vitam magnificandam; sed illam tamen pietate, modestia, reliquisq; virtutibus muniendam ad illam perpetuam, & cœlestem vitam; in quo non omninò infelices fuimus. Scimus enim, & non modò liberè, sed libenter confitemur; multos esse, qui, & sua sponte, & nostris adhortationibus, ita in omni consuetudine vitæ se gerant, vt meritò amari possint à nobis; ad quos constitutiones nostræ minimè spectant. Sed cum plerique adhuc sint, quorum aures nostris præceptis nunquam patuere, hos admonemus, adhortamur, etiamus etiam, vt consensum, & honestissimam conspirationem bonorum non aspernentur: sed potius certent, quantum possint, vt eos, & probitate morum, & omni virtutum genere assequantur; atq; etiam vincant. Nihil enim est hac contentione ad veram laudem, & ad gratiam nostram comparandam illustrius; in qua vincere, & vinci pulcherrimum sit. Ad illi pergere, errore emque corrigere nolunt, sciant, nostras has sanctiones in se potissimum esse decretas: sentiente; illi sanè indignationem nostram: cui nos possint seruire beneuolentiam. Sed eos iterum adhortamur; vt eam in animum reuocent, neque permittam; vt in eos iudicii severitatem, & eam decretorum nostrum nobis exercere necesse sit.

Et lecta denuò fuit decisa mandato bulla confirmationis concilii cum bulla sequentis declarationis.

Deinde lecta fuerunt de mandato eiusdem reuerend.ssimæ dominationis suæ capitula infrascripta.

Et primo caput 1. incipit. Cogit temporum calamitas. Sess. xxv. in Triden. Conc.

Post modum reuerendiss. dominus patriarcha assurgens dixit. Recipio decreta omnia facti Oecumenici concilij: promitto veram obedientiam sanctissimo domino nostro Romano Pontifici, & successori, atque anathematizo omnes hæreses, prout in eodem concil.

Omnes quoque in synodo existentes dixerunt figillatim. Recipimus, promittimus, & anathematizamus.

Quibus peractis de mandato præfati reuerendiss. domini patriarchæ publicè, & alta voce lecta fuerunt decreta, de vita, & honestate clericorum sessio. xiiii. de reform. cap. i. inc. Cum propriè episcoporum, & in cap. 1. inci. Nihil est quod alios. sess. xxi.

Item decreta contra clericos concubinarios, & suspectas mulieres habentes. sess. xxv. incip. Quàm turpe, & cap. sequenti, incip. Ve paternæ.

Item decreta de residentia, quæ continentur in cap. 1. sess. vi. inc. Eadem; sacrosancta synodus, & in sess. xxiii. cap. 1. incip. Eadem sacrosancta Triden. synodus.

Item decretum quod est in sess. xxv. cap. x. de refor. incip. Quoniã ob malitiam. Pro huius decreti executione propositi fuerunt iudices pro audiendis causis, & approbati.

Post quæ lectum fuit decretum sess. xxv. cap. xxii. refor. incip. Contingit. sæpe, de missis pro defunctis celebrandis. Pro cuius decreti executione propositi fuerunt per reuerendiss. dominum patriarcham

triarcham quidam sacerdotes, qui se informare diligenter debeant de mansionarijs, & referre suæ reuerendissimæ dominationis, ut debitam prouitionem iuxta prædicti decreti formam superinde facere possit: & approbati fuerunt.

Item lectum decretum de seminario sess. XXIII. cap. XVIII. incip. Cum adolescentium ætas.

Decretum de matrimonio clandestino sess. XXIIII. inc. Tametsi continuum lo capitula II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X.

Item lectum decretum incip. Locorū ord narii. cap. VIII. sess. VII.

Item decretum de obseruandis, & euitandis in celebratione missarum sess. XXII. in c. quanta cura adhibenda sit.

Item decretum quod in c. abbatibus. & aliis, cap. X. sess. XXIII.

Item decretum quod incip. quamuis presbyteri. cap. XV. sess. XVIII.

Item decretum, quod incipit regulares uero. sess. V. & decretum IIII. sess. XXIIII. cap. IIII. incipit prædicationis munus.

Item decretum reformationis, sessio XXI. cap. VIII. incipit. quæcunque in diœcesi. Quibus lectis, ut premittitur, & habito, prout suis locis, & tempore conueniebat ad synodum uniuersi sermone; sua reuerendissima dominatio publicari mandauit infrascriptam ordinationem, & constitutionem.

Domus ciuitatorum, & fabricarum non locentur personis, & maxime mulieribus inhonestæ uitæ; pœna apposita. Cap. II.

LIcet per constitutiones synodales, & patriarchales earum sit; omnes plebanos, diuinve beneficiatos in ministeriis ecclesijs ciuitatis Venetiarum residere, & obligatos existere residentiam personalem facere in dictis plebanatibus, & ministeriis, ad quas electi, & instituti sunt: nihilominus à certo tempore citrà inoleuit quædam consuetudo, siue potius corruptela; quòd domus huiusmodi per ciuitatis, residere minime curantes, locari etiam solent, quando eæ inhonestis personis, non sine Christi fidelium scandalo, & locatorum animarum non modico detrimento. Huic itaque tanto inconuenienti paterno affectu occurrere volens reuerendissimus dominus dominus Ioannes Trinisanus patriarcha Venetiarum hac synodali constitutione perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruanda; mandauit, statuit, & ordinauit; quod imposterum domus ciuitatis ecclesiarum ciuitatis Venetiarum, necnon, & fabricarum earumdem ecclesiarum personis præsertim fœminei sexus prostitutis, & inhonestæ uitæ, scandalum, & malum exemplum afferentibus, minime locari possint: sed si quæ in præfentiarum locatæ sunt; infra mensis spatium personæ inhonestæ uitæ huiusmodi ab illis totaliter arceantur, & amoueantur: & aliis bonæ uitæ, & famæ locentur. In contrarium facientibus pœnam amissionis prouentus, & afflictus domus eiusdem, & totidem summæ locis piis arbitrio. D. suę reuerendis. applicandæ, & irremissibiliter aufferendæ, iniungendo.

Responderunt omnes placere.

Prima Synodi diœcesanæ Finis.

CONSTITVTIONES
SECVNDAE SYNODI
DIOECESANAE.

Clerici omnes infra trimestre habitum sumant, & deferant clericalem, pœnis appositis. Cap. I.



CLERICI tam beneficiati, quàm non beneficiati, etiam in minoribus ordinibus constituti, & quicunq; alias ecclesius deseruientes infra trimestre clericalem habitum sumant: hac constituta pœna; vt qui non paruerint, si in sacris ordinibus sunt constituti, ab omni ordinum suorum munere sint suspensi, & omnibus beneficiorum suorum, & mansionariarum sex mensium fructibus ipso iure priuati sint; quos arbitrio nostro pijs locis applicari volumus, & decernimus: si verò beneficia, aut mansionarias nó obtinent, nec sunt in sacris ordinibus constituti, carceris, aliisq; arbitrariis pœnis plectendos esse decernimus.

Clericis prohibentur uani habitus, sericei, camisæ rugosi, & crispæ ad manus, & ad collum, pallium, siue ferarolum, & pileum, nisi sint pluuia, caligæ, quos bragonos dicunt, & annuli qui tantæ dutaxat, & mediocritatis consistutis permittuntur: & vestes cum basano ad spatulas reclinato. Cap. II.

Vide ca. 1. De habitu cler.

OMnem autem habitus, & ornamenti inanitatem fugiant; nec clerici vestimenta domi, aut foris vtantur; camisas ad collum, & ad manus crispas, & rugosas, vel aut subtilè elaboratas, & quas vocãt ninsicas, & laciniatas amiciant. Gestent, quod vocant simplex, ac modicè latum honestè reclinetur pallium, quod ferarolum appellant, & pileum nó ferant, nisi per pluuiam. A turgidis, & dissectis caligis, quas bragonos dicunt, abstineant. Annulum nó induant; nisi quibus propriet officii munus, aut honoris gradum sit iure concessum; quo

unico

unico nec magni pretij contenti sint. Vestes insuper reliciant habentes collare, quod basarum nominãt, reclinatum ad spatulas. Qui huiusmodi prohibitis indumentis indum ingesserint, ea amittant; frequentia pars accusatoris, uel denunciatoris; reliquæ duæ ad pios usus conuertantur.

Tonsuram clerici deferant clericalem suo ordini congruentem. Cap. III.

PResbyteri, diaconi, subdiaconi, cæteriique clerici tonsuram ferant ordini suo congruentem, ac omnibus conspicuam: qui non deferint pœnæ carceris sint obnoxij.

Cap. 5. Vide c. clerici omnes. De habitu cler.

Clerici domi, aut foris suspectas mulieres non detineant: neq; ad eas publicè, aut occultè accedant. Cap. IIII.

Cap. 1. Vide cap. 1. De vita clericorum.

IN ædibus canonicorum, aliorumve clericorum domicilio, in quibus ipsi habitant, fœminas de incontinentia suspectas habitare pro hibemus. Nullus igitur præfatorum in virtute obedientiæ, & sub pœnis pecuniarijs arbitrio nostro infligendis, & applicandis locis pijs, siue Illustrissimo Dominio pro expeditione contra Turcas, huiusmodi mulieres domi, vel foris detineat; aut cum eis vllam consuetudinem habeat; siue ad eas publicè, vel occultè accedat.

Clerici arma non deferant; non ludant; spectaculis inhonestis non intersint; grmeas, tabernas, cellas vinarias fugiant; domi comedant, & bibant; & inhonestas personas non admittant. Cap. V.

CLerici nullatenus arma deferant; ludos deuitent; & imprimis cartarum, & taxillorum. Spectaculis inhonestis non intersint; gmeas, tabernas, cellasq; vinarias fugiant; domibus suis comedant, & bibant; nec in eis recipiant lusores, & gmenones.

Vide c. Mandatum. de vita & hon. cler.

Si quis in præmissis deprehensus fuerit, multa pecuniaria, eaque arbitraria, accusatori, & locis pijs applicanda, emendabitur.

Per impositas pœnas non derogamus pœnis, quas sacri canones, & sacrum concil. um Tridentinum, nostrique prædecessores in suis constitutionibus constituerunt; eas enim reseruatas esse volumus.

Decla-

Declaratio, qui intelligantur esse de gremio ecclesiarum. Quomodo mansionarij, & forenses ab eo deseruientes ecclesijs fiant de gremio illarum. Quod ex alijs ecclesijs ballotati, non amittant ius suarum ecclesiarum. Cap. V I.

NVlla unquam studia tanti facienda esse existimauimus; quanti ne eorum causa fidem, vigilantiam, charitatemq; elabi, vel exterqueri è manibus pateremur; quā præstare is debet, qui filios suos quàm charissimos habeat. Quod sanè institutum ob id etiam religiosissimè retinendum ducimus, quòd ita omnes leges cum diuinæ, tum humanæ præcipiant. Quare eos, & ad omne officii munus instruere; & eadem etiam in re sæpius admonere, & instituere nunquam desistimus. Habet nimirum hoc solicitudo; vt omnia necessaria esse putet. Timori enim nullus est ferè præscriptus modus: nam tantùm timemus, quātum possit accidere; quod quale futurum sit, cum ignoremus; infinitus propè timor, & cura oriatur nobis necesse est; qui sanè fecit nos ad omnia diligentiores, & magis solicitos; atque adeò hodie etiam facit. Nam tametsi superioribus annis satis ostendisse nostris decretis visi sumus, qui sint de gremio nostrarum ecclesiarum; repetere idem in hac sancta synodo ob id decreuimus; ne cui relinquatur ambigendi locus; neve quis imprudenter labatur; neve etiam falsa, & ficta nostræ voluntatis interpretatione alios etiam in errorem inducat. Quare dicimus, declaramus, & pronunciamus; eos uerè, & germane de gremio ecclesiarum dici, & haberi; qui quasi alumni in gremio earum enutriti sint; & per ou nia officia ab ineunte ætate summa cura, & diligentia illis deseruierint. Præterea inhærentes aliis nostris constitutionibus. M. D. L X V I I. X X V I I I. Aprilis emanatis, & in lucem editis, dicimus, & pronunciamus; mansionarios etiam, qui à nobis, uel de nostra licentia sacros ordines receperint, dici, & haberi de gremio illarum ecclesiarū, vbi instituti sint mansionarij; modò per sex annos continuos inuigilarint summo studio non modo circa diuina officia, pro quibus habent constitutam mercedem: sed circa ea, quæ ad officium subditorum pertinere dignoscentur; & vacātibus titulis beneficialibus, possint ipsi cum cæteris de gremio petere ipsa beneficia, & præsentari, & à nobis etiam instituti, si reperti fuerint idonei vita, litteratura, & moribus. Aduentitios verò sacerdotes, vel clericos, qui ex aliis vr-

ce. Quoniã in electioni bus. De elec.

bibus

bibus Venetijs commeant, si deseruierint aliqui ecclesiæ per decem annos, nulla in re detrectando honesta superiorum imperia, cum honestate connunctum esse dicimus, debere ipsos, absoluto decennio, in numerum eorum transire, qui de gremio appellantur: possint; de more uacant a beneficia petere; cum aliis eligi à capitulis; & à nobis etiam instituti, si fuerint idonei reperti. Illud etiam addimus ad quæstas constitutiones nostras; ut, si quando contingat, uacante aliquo beneficio, ut nulli sint de gremio, qui eligi possint; & neceſſe sit eligere ex aliis ecclesiis; tunc qui ballotati fuerint, non amittant ius suarum ecclesiarum, nullis laboribus à se acquisitum.

Hæc autem constitutio sic lecta ab omnibus approbata fuit.

Secunda synodi dicęsanæ finis.

CONSTITVTIONES
TERTIAE SYNODI
DIOECESANAE.
ANNI M. D. LXXVIII.

Occasio, & necessitas huiusce tertiæ synodi diœcesanæ. Cap. Primus.

VM animo versamur, creditum curæ nostræ patriarchali gregem scelerum, ac morum corruptissimorum luc fœdari; nullam excusationem inuenimus diutius cessandi ab officii nostri munere: commonitique diuina voce, factique concilii Tridentini influ cohortati, diœcesanam synodum in ecclesia nostra patriarcali (Deo auctore) celebrandam indiximus; in qua cũ venerabili clero nostro, conuenimus, ad diligenter infrascripta pertractandum: ac repurgandũ, & reformandum repurganda, & reformanda. Quæ omnia, & singula in capita contraximus (auctore Deo) qui est omnium bonorum largitor.

Innouatio, approbatio, & confirmatio omnium constitutionum antiquarum, & nouarum. Cap. I.

INnouamus, approbamus, & confirmamus omnes, & singulas constitutiones episcopales, synodales, castellanas, & patriarchales, hactenus a prædecessoribus nostris, & a nobis editas, & promulgatas; quas ab omnibus obseruari mandamus, sub pœnis, & censuris in eis contentis; quibus addimus eriam graviores pœnas arbitrio nostro imponendas contra quemlibet contrafacientem.

Chu-

Choreæ, ludi publici, & eorum familiaritas prohibetur clericis: honestè viuere præcipitur. Cap. III.

VIuant clerici nostræ diœcesis honestè, & sine vitio; quibus prohibemus interesse choreis, & ludis publicis, fœcorumque nimiam familiaritatem.

Quæ vestimenta prohibentur clericis. Cap. IIII.

VEstimenti tam interioribus, quàm exterioribus vtantur honestis, & gradui suo conuenientibus. Interdicta sint eis indumenta inepta, vitiata, diuersique coloris: sed tantummodo sint nigri, vel violacei colorum. Etenim, si huiusmodi generis more laicorum, gestant, se grauiter puniendos; cui centuræ subiaceant qui, quos vocant ferarolos, & pileos, præterquàm tempore pluuiæ, portauerint: necnon ij, qui camisias lactucatis circa manus, & circa collum rugatis, ac ad spatulas inuertis, induti incesserint.

c.1. citem *Innocen.* 3. de habit. cle.

Clerici deferant clericalem tonsuram decenti magnitudine. Circinnatos capillos non deferant, neque barbam philippinam, vt aiunt. Tondeant pilos superioris labij. Cap. V.

HAbeant semper clericalem tonsuram, quam coronam, seu clericam vocant, magnitudine decenti, & perfectam. Neque audeant, vel præsumant circinnatos ferre capillos more laicorum mulierum; neque barbam more (vt aiunt) philippino. Tondeant pilos superioris labij; ita vt cum sumunt sacrat. filiorum sanguinem Christi, non intingantur. Quod si contrafecerint, curabimus, vt & caput, & barbam ignominiosè radant opera. & nouacula barbitõ soris; & a ministerio altaris sint suspensi arbitrio nostro.

Vide c. clericis omnes. de habit. cle.

In choro deuotio, & silentium seruetur, maximè cum secularibus. Vitentur omninò contentiones, & odia. E' choro nullus discedat absque plebani licentia. Cap. VI.

CVrent diligenter, vt in choro deuotio, & silentium seruetur: nec inde quisque recedat, nisi petita licentia a suo plebano.

Audeat nemo colloqui in choro cum secularibus; iurgiis contendere; contumelia quempiam afficere; discordias seminare, nutrire odium. Viuat quisque quietè, & pacificè, ut decet ueros clericos. Nos enim rebelles, & contumaces, ac delinquentes contra nostram constitutionem mulctabimus pecuniaria pœna, & exilio ab ecclesia arbitrio nostro; cum applicatione omnium fructuũ, & reddituum, durante exilio, fabricæ ecclesiæ, uel pauperibus; aut aliter; ut magis nobis expedire visum fuerit; ad compescendam malignorum temeritatem, & conseruandam pacem, & concordiam in ecclesiis iurisdictioni nostræ subiectis.

Mulieres suspectæ prohibentur clericis domi, & extra. Et assumendæ ad regimen sint, aut domus præsententur primùm reuerendis. ordinatio. Cap. VII.

NEmini ex nostris clericis liceat aliquam fœminam assumere ad suam, domusq; suæ gubernationem, nisi prius eam nobis præsentauerit: vt eius ætate, & moribus confideratis, vtrum concedenda sit, intelligatur. Si quis autem contra hoc attentare præsumpserit, nouerit, se indignationi nostræ subiectum fore; & pœnas debitas soluturum. Suspectam verò mulierem de incontinentia, nemo domi, aut extra domum habeat, sub pœnis tam à sacris canonibus, quàm à facto conc. Tridentino statutis; necnon aliis arbitrio nostro infligendis etiam pecuniariis, locis piis applicandis.

Clerici prohibentur tabernæ, cauponæ, lupanaria loca inhonesta, et choreæ publicæ grauioribus pœnis. Cap. VIII.

Vide etiam prohibemus de habitu cler.

NOn ingrediantur clerici tabernas, non cauponas, non eas, quas vocant, furatolas: non ad loca inhonesta se conferant, non ad lupanaria, non ad meretricum, vel inhonestarum mulierum hospitia: non chorgis publicis intersint, vel assistant. Qui in aliquo præmissorum contrafecerit, pœnæ carceris arbitrio nostro sit subiectus, nonnumquam; infamiæ incurrat; & inhabilis reddatur ad obtinenda beneficia ecclesiastica i ecclesijs diœcesis nostræ iurisdictioni subiectis: nec non suspensus sit ab exercitio curę animarum ad arbitriũ nostrum.

Arma offensiua, et defensiua prohibentur clericis. Cap. IX.

Vide etiam alibi de vita cler.

CVm arma clericorum sint orationes, diuina officia, & semen diuini verbi: non autem gladii, pugiones, & his similia: statuimus, & ordi-

& ordinamus; quòd nullus audeat portare arma offensiua, uel defensiua, sub pœna amissionis armorum, carceris ad arbitrium nostrum, ac soluendi ducatos decem ipsos capientibus; quos soluere teneantur, antequam extant de carceribus.

Titulati, qui suis beneficiis non residunt, sed ad alia se conferunt beneficia, præsentare tenentur substitutum Reuerendiss. D patriarchę cum præsentia plebani; approbandum ab ipso Reuerendiss. ordinatio, certa constituta mercede. Cap. X.

QVoniam plerunque accidit, quòd beneficiati huius nostræ ciuitatis aliò se transferant ad residendum in beneficijs, quæ in alienis diœcesibus possident; vel mercede conducunt; relictis suis titulis, aut sine substitutis, aut deputatis substitutis ab eis nõ idoneis ad seruiendum ecclesijs nostris; constituta eis mercede minus competenti: ideo uolentes consulere cultui diuino ecclesiarum nostrarum, statuimus, & decernimus; quòd nemo beneficiatus possit quempiam clericum substituere in suo beneficio, nisi prius eum nobis præsentauerit, assistentibus eorum plebanis; & à nobis admissus fuerit, constituta ei certa mercede arbitrio nostro iuxta qualitatem, & conditionem beneficii, ac obligationis, secundùm consuetudines ecclesiæ, in qua erit substituendus.

c. sacerdotes 1. item statuimus. de celeb. miss.

Plebani præsentent catasticum omnium suorum bonorũ mobilium, et immobilium, et scripturarum in cancellaria patriarchali. Cap. XI.

NE iura, & actiones ecclesiarum nostrarum aliquo sinistro, vel fortuito casu pereant, cum tactura earundem ecclesiarum: volumus, & mandamus; quòd omnes plebani, seu beneficiati in eis teneantur infra terminũ trium mensium, ex nunc immediatè sequentium, præsentare cathasticum in cancellaria nostra omnium bonorum mobilium, & immobilium, necnon rerum preciosarum ipsarum ecclesiarum, scripturarum, & instrumentorum, ac testamentorum, & insuper consuetudinum earundem sub pœna ducatorum quinquaginta, à quolibet contrafaciente auferendorum, & arbitrio nostro locis piis applicandorum.

Quòd singulis annis congregetur synodus in ecclesia patriarchali. Cap. XII.

QVòd singulis annis, iuxta sacri concilij Tridentini decreta, congregetur synodus in ecclesia nostra patriarchali Venetiarũ; in qua de putentur indices ad delegationes causarum, necnon examinatores plebanorum, & aliorum quorumcunque eligendorum à iure habentibus ad curam animarum, & eius curę exercitiũ.

Manicæ vestium clericorum non excedant latitudinem unius brachij. Cap. XIII.

Vide et item quid. De ha bitum cler.

AEquo animo ferre non possimus; quòd plerique clericorum nostrorum, contemnentes nomen presbyteri, quod maximam præfert dignitatem, uolunt potius videri laici, quàm clerici; indutentes togas similes ijs, quas induunt senatores, & medici. Quare hac nostra constitutione præcipimus, & mandamus; ne quis dececcero audeat, vel præsumat portare vestes manicis excedentibus latitudinem unius brachij, sub pœna amittendę vestis; quam applicatam esse decernimus locis pijs arbitrio nostro.

Familiaritas monialium prohibetur clericis. Cap. XIIII.

COlloquia clericorum cum monialibus, nimiamq; inter eos familiaritatem penitus prohibemus. Adempta etiam sit eis libertas munusculis, & sudariolis certandi. Si quis aliquid contra hãc nostram constitutionem commiserit, eum luere grauissimas pœnas arbitrio nostro oportebit.

Postremò electi fuerunt examinatores, & iudices delegati.

Constitutionum, & priuilegiorum patriarchatus Venetiarum finis.

INDEX OMNIVM QVAE IN HIS CONSTITVTIONIBVS CONTINENTVR COPIOSISSIMVS.

ABSENTES plebani. vide plebani.

Absentes à diuinis oblationem illius diei participatione priuantur. c. propter defectũ. de celebr. miss.

Absentes à chuitate absque licentia beneficijs etiam priuantur. c. sacerdotes. 1. de celeb. miss. Item statuimus. 4. eo. tit. vide residen.

Absentium à diuinis varię pœnæ c. vt Dei cultus. de celeb. miss. ca. post pulsationem. cap. vt etiam. c. propter defectum. c. nos Marcus. eod. item quod. 2. cap. statuimus. 2. cap. item statuimus. 3. eodem tit.

Absentium, sine abire volentium licentia conceditur, et à plebano, & ab ordinario, vt vario modo. c. sacerdotes. 1. de celeb. miss. ca. item statuimus. 4. eod. ea. quoniã plerunque. fin. 3.

Absentium legitimum impedimentum quale; & quos licentia iuris, et superioris excusat à pœna. c. vt Dei cultus. de celeb. miss. c. ut etiam. c. propter defectum. eodem tit.

Absentium à residentia pœna. vide residen.

Absentium à diuinis, quomodo signanda nomina, à quo, cuius mandato, & quomodo pœnæ sint exigendæ. c. item quod. 2. de celebr. miss. c. vt etiam. eo. tit.

Absolutio, quæ incipit; in ea potestate; in mortuorum exequijs à nullo simplici sacerdote dicatur; cùm tantum ad episcopum pertineat. c. ne melodia. de celeb. miss.

Abutentium sacramentis pœna. ca. item statuimus. 2. de celeb. miss. c. prohibemus. de vita cler. cap. item statuimus. 1. eod. c. insuper excommunicamus. eod.

Accolitatus non erigatur; nisi de consensu totius capituli, et neminę discre-

ne discrepante. cap. Georgius. de elect.
Accoliti non ascendunt gradatim, vt alij titulati. cap. Georgius. de elect.
Accoliti eligendi de gremio, & à certis titulis: dummodo idonei sint: aliàs de gremio aliarum ecclesiarum. c. Georgius de elect.
Accolitorum confirmatio spectat reuerendiss. ordinario. cap. Georgius. de elect.
Adulteris, & concubinarijs saltem publicis non sunt administranda ecclesiastica sacramenta, nisi adhuc concubinas, vel adulteras dimiserint. c. ordinamus. de celeb. miss.
Afflictus domorum nō residentium titulatorum applicantur fabricis, aut ipsarū domorum, aut ecclesiæ. c. item ordinamus. 2. de celebrat. miss.
Afflictus domorum non residētium, & locatarum inhonestis personis, & similiter domorum fabricæ, quibus applicentur. cap. dicit. synod. prima.
Animarum cura. vide cura.
Annuli quibus permittantur, & quibus non. c. item quod de habitu cler. c. item statuimus. 2 eod. cap. omnem autem. fyn. 2. c. item similiter. de h. bitu cler.
Apostatarum prohibitio, & pœnæ. cap. prohibemus. de celeb. miss.
Apostatæ non admittantur à plebanis, & aliis prælatis ecclesiarum neque ad missarum celebratio. ē, neque ad diuina officia. c. prohibemus. de celeb. miss.
Apostatæ sanctimonales, & eas do mi recipientes quibus pœnis afficiantur. cap. item statuimus. de vita cler.
Appellatio à non confirmatione, seu à reiectione electionum plebanorum, & titulatorum comittatur in curiatio Veuet. & qui habēt appellationis beneficium. Clemens VII. de election. Dilecte fili. 2. eod.
Appellatio suprascripta omniò remouetur. c. ad futurarum. de elect.
Arma offensiua, & defensiua prohibentur clericis, nisi fint in itinere constituti, & cum licentia in scriptis. c. malitiis. de vita cleric. c. item constitutionem. 2. c. licet concily. c. omnes clerici. c. statuimus. 1. c. item statuimus. 7. eodem cap. clerici. fyn. 2. c. cum arma. fyn. 3.

B.

Ballotati ex alienis ecclesiis ad aliquem titulum in defectum eorum, qui sunt de gremio, non admittunt ius suarum ecclesiarū, si non eligantur c. nulla unquam. fyno. 2.
Baptismalium ecclesiarum subditi plebani, & titulati die sabbati sancti singulis annis tenentur prædictas ecclesias adire cum superpelliceis ad benedictionē fontis, cerei, vis, cerei, & nouū ignis. ca. item cum de celeb. miss. c. item ordinamus. 4. eod.
Barba philippino, vt aiunt, more clericis prohibetur. cap. nulla vnquam. fyn. 2.
Beneficia priora, secundō accepta possessione eō ipso vacant. c. dilecti. 2. de elect.
Beneficia nostrarum ecclesiarum se habent ad instar incompatibiliū. c. dilecti. 2. de elect.
Beneficia, titula nuncupata, per assumptionem alicuius titulati ad plebanatum, aut ad cathedrales ecclesias eō ipso vacant, & eorū fieri potest à capitulis electio. ca. Dilecti fili. 2. de elect.
Beneficiati dicere tenentur officium in ecclesiis iuxta ecclesiæ propriæ antiphonarium: ex dispensatione saltem per seipsos alio modo. c. item omnes. de celeb. miss.
Beneficiati habitare tenentur in domibus beneficiorum suorū. c. item ordinamus. de celeb. miss. vide residen.
Beneficiati missam tenētur celebrare, & cum superpelliceis diuinis officijs interesse iuxta constitutiones patriarchales, aut consuetudines ecclesiarum. c. item statuimus. 3. de celeb. miss.
Beneficiati abire nolentes habeant licentiam à plebano, aut reuerēdissimo ordinario. c. item statuimus. 4. de celeb. miss. vide resid, & absent.
Beneficiati, & ordinati in aliena diœcesi. vide ordinati.
Beneficiati interesse debent diuinis. vide absentium pœnæ.
Beneficiorum priorum fructus cessant, adepta posteriorum possessione. cap. iuri communi. de vita cler. Et supra, Beneficia priora.
Beneficium in fraudem obtentum quale intelligatur. c. vt malitijs. de vita cler.
Beneficium vnicum tantùm haberi potest in nostris ecclesiis. c. dilecti filij. 2. de elect.
Bibere, et conuetere in ecclesiis pro hibetur. ca. item prohibemus. de vita cler.
Blasphemiæ, & turpia iuramenta clericis prohibentur, et pœnæ ca. implorato. de vita cler.
Brāgoni, vt vocant, prohibentur clericis. c. omnem autem. fyn. 2.
Bulla Leonis PP. X. pro missa auroris in die Annunc. D. cum indulgentijs. de celeb. miss.

C.

Caligæ turgidæ. vide bragoni. Camisiæ rugosæ ad manum, & ad collum prohibentur clericis. c. omnem autem fyn. 2.
Campanæ non pulsentur postremis tribus diebus hebdomadæ sactæ; neque etiam in mortuorum exequijs. cap. in cœna. de celebrat. miss.
Candela ardeat in altari semper dum cele-

dum celebrantur diuina, & ante corpus D. N. I. item ordinamus. 1. de celeb. miss. item ordinamus. 5. eod.

